

BREVIARIUM STRIGONIENSE  
Proprium de Tempore post Pentecosten

MONUMENTA RITUALIA HUNGARICA

SERIES PRACTICA

Tomus IV/g

Seriem redigit  
Blasius Déri

Universitas de Rolando Eötvös nominata  
Facultas Artium  
Institutum Antiquitatis  
Cathedra Litterarum Latinarum

[http:// latin.elte.hu/mrh](http://latin.elte.hu/mrh)

MONUMENTA RITUALIA HUNGARICA  
Series Practica IV/g

## BREVIARIUM STRIGONIENSE

*Proprium de Tempore post Pentecosten*  
*(editio ad experimentum)*

### Argumentum

Eötvös Loránd Tudományegyetem  
Bölcsészettudományi Kar  
Latin Tanszék

BUDAPEST 2023

Készült az MTA–ELTE Lendület Liturgiatörténeti Kutatócsoporthoz  
„A magyar középkor európai összefüggésben: A legkorábbi  
szertartáskönyvek átfogó elemzése” programjának keretében.



Átírás, szöveggondozás  
NÉNYEI SÁRA

Kottagrafika  
CSONKA SZABINA BABETT

Szerkesztette és lektorálta  
FÖLDVÁRY MIKLÓS ISTVÁN

A zenei anyagot gondozta  
SZOLIVA GÁBRIEL OFM

Közreműködött  
Szőnyi Éva Júlia, Mezei János, Déri Balázs

ISBN 978-963-446-789-2

© Argumentum Publishing House, 2023  
© Nényei Sára, Csonka Szabina Babett,  
Földváry Miklós István, Szoliva Gábriel 2023

*All rights reserved. No part of this book may be reproduced or translated  
in any form, by print, photoprint, microfilm, microfiche, digital copy  
or any other means without written permission from the publisher.*

PRINTED IN HUNGARY

## [IN ADVENTU SPIRITUS SANCTI]

ad primas vespertas

Antiphona · 8g1

Ve - ni, San - cte Spí - ri - tus, \* re - ple tu - ó - rum cor - da fi - dé -  
li - um, et tu - i a - mó - ris in e - is i - gnem ac -  
cén - de, qui per di - ver - si - tá - tem lin - guá - rum cunctá - rum  
gen - tes in u - ni - tá - te fí - de - i con - gre - gá - sti, al - le -  
lú - ia, al - le - lú - ia!<sup>1</sup> Ps. Laudáte, púeri, Dóminum.

Capitulum

**I**N diébus illis. Dum compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco, et factus est repénte de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus vehéméntis, et replévit totam domum, ubi erant sedéntes. Deo.

Responsorium · 7

Ap - pa - ru - é - runt \* a - pó - sto - lis dis - per - tí - tæ

<sup>1</sup> Edd. om. alleluia] alleluia

lin- guæ, tamquam i - gnis, al - le - - lú - ia, \* se - dít -  
que su- pra sín - gu - los e - ó - rum Spí - ri - tus  
San - ctus, al - le - lú - ia, al - le - - lú - ia. **V.** Lo- que -  
bán - tur vá - ri - is lin- guis a - pó - sto - li  
ma - gná - li - a De - i. **S**e - dít- que.

## Hymnus

**V**e - ni, cre - á - tor Spí - ri - tus,  
men - tes tu - ó - rum ví - si - ta,  
im- ple su - pér - na grá - ti - a,  
quæ tu cre - á - sti, pé - cto - ra!

**Qui** Paráclitus díceris,  
donum Dei Altíssimi,  
fons vivus, ignis, cáritas,  
et spiritális únctio,

**Tu**, septifórmis múnere,  
dextræ Dei, tu, dígitus,  
tu, rite promíssio Patris  
sermóne ditans gúttura:


**Accénde** lumen sénsibus,  
infúnde amórem córdibus,  
infírma nostri córporis.  
virtúte firmans pérpeti!

**Hostem** repéllas lóngius,  
pacémque dones prótinus,  
ductóre sic te prévio,  
vitémus omne nóxiūm!

**Da** gaudiórum præmia,  
da gratiárum múnera,  
dissólve litis víncula,  
astrínge pacis fédera!

**Per** te sciámus, da, Patrem,  
noscámus atque Fílium,  
te, utriúsque Spíritum,  
credámus omni témpore!

**Sit** laus Patri cum Fílio,  
Sancto simul Paráclito,  
nobísque mittat Fílius  
charísmá Sancti Spíritus!



#### Versiculus

**V.** Loquebántur váriis linguis apóstoli, allelúaia.

**R.** Magnália Dei, allelúaia.

Ad Magnificat antiphona · 1d1

Non vos re-línguam ór-pha-nos, \* al - le - lú - ia; va - do,  
et vé - ni - o ad vos, al - le - lú - ia, et gau- dé - bit  
cor vestrum, al - le - lú - ia. E u o u a e.

#### Oratio

**D**EUS, qui hodiérrna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de eius semper consolatióne gaudére! Per Dóminum ... eiúsdem.

## Ad completorium

### Hymnus

The musical notation consists of five lines of music in common time, featuring a treble clef and a key signature of one sharp (F#). The lyrics are integrated into the notes:

Be - á - ta no - bis gáu- di - a  
 an - ni re - dú - xit ór - bi - ta,  
 cum Spí - ri - tus Pa - rá - cli - tus  
 ef - fúl - sit in di - scí - pu - los.

**I**gnis, vibrante lúmine,  
 linguae figúram détulit,  
 verbis ut essent próflui  
 et caritáte férvidi.

**L**inguis loquúntur ómnium,  
 turbæ pavent gentílium,  
 musto madére députant,  
 quos Spíritus repléverat.

**P**atráta sunt hæc mýstice,  
 Paschæ perácto témpore,  
 sacro diérum númeru,  
 quo lege fit remíssio.

**T**e nunc, Deus piíssime,  
 vultu precámur cérnuo,  
 illápsa nobis cælitus,  
 largíre dona Spíritus!

**D**udum sacráta pectora  
 tua replésti grátia,  
 dimítte nunc peccámina,  
 et da quiéta témpora!

**S**it laus Patri cum Fílio,  
 Sancto simul Paráclito,  
 nobísque mittat Fílius  
 charísma Sancti Spíritus!

The musical notation consists of three lines of music in common time, featuring a treble clef and a key signature of one sharp (F#). The lyrics are integrated into the notes:

A - men.

**Capitulum**

**A**PPARUÉRUNT apóstolis dispertítæ linguæ, tamquam ignis, sedít-que supra síngulos eórum Spíritus Sanctus. Deo.

**Versiculus**

**V.** Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúia.

**R.** Et hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia.

**Ad Nunc antiphona · 5a**

Al - le - lú - ia. \* Spí - ri - tus Pa - rá - cli - tus, al - le - lú - ia,  
vos do - cé - bit ó - mni - a, al - le - lú - ia, al - le - lú - ia.  
E u o u a e.

**Oratio**

**S**ANCTI Spíritus, quæsumus, Dómine, corda nostra mundet infúsio, et sui roris íntima aspersióne fecúndet.

Deus, qui illúminas.

**Ad matutinum****Invitatorium · 5**

Al - le - lú - ia. Spí - ri - tus Dó - mi - ni re - plé - vit  
or - bem ter - rá - rum, \* ve - ní - te, ad - o - ré-mus, al - le -

lú - ia! Ps. Veníte.

## Ad nocturnum

Antiphona · 8c1

Fa-ctus est re- pén-te de cæ- lo so - nus \* ad - ve- ni - én - tis

Spí - ri - tus ve - he-mén-tis, al - le - lú - ia, al - le - lú - ia.

Ps. Magnus Dóminus.

Antiphona · 8c1

Con-fír- ma hoc, De - us, \* quod o - pe - rá - tus es in no - bis,

a tem-plo san-cto tu - o, quod est in Ie - rú - sa- lem, al - le -

lú - ia, al - le - lú - ia. Ps. Exsúrgat Deus.

Antiphona · 8c1

E - mít- te Spí- ri- tum tu - um,\* et cre - a - bún-tur, et re-  
no- vá- bis fá - ci - em ter-ræ, al - le - lú - ia, al - le - lú - ia.

Ps. Bénedic, áнима mea secundum.

Versiculus: Loquebántur váriis linguis.

## Secundum Ioannem

**I**N illo tempore. Dixit Jesus discípulis suis: Si quis díligit me, sermónem meum servábit, et Pater meus díliget eum, et ad eum venímus, et mansiónem apud eum faciémus. Et réliqua.

Homélia beáti Gregórii papæ.

## Lectio I.

**L**IBET, fratres caríssimi, evangélicæ lectiónis verba sub brevitáte transcurrere, ut póstea diútius líceat in contemplatióne tantæ sollemnitatis immorári. Hódie sónitu repentina Spíritus Sanctus super discípulos venit, mentésque carnálium in sui amórem permutávit, et, foris apparéntibus linguis ígneis, intus facta sunt corda flammantia. Quia, dum Deum in ignis visióne suscípiunt, per amórem suáviter arsérunt. Ipse namque Spíritus Sanctus amor est. Unde et Ioánnes dicit: Deus cáritas est. Qui ergo mente intégra Deum desíderat, profécto iam habet, quem amat. Neque enim quisquam posset Deum dilígere, si eum, quem díligit, non habéret. Sed ecce, si unusquísque vestrum requirátur, an díligat Deum, tota fidúcia et secúra mente respóndet: Díligo! Tu autem.

## Responsorium · 3

Dum comple-rén- tur \* di - es Pen - te - có - stes,  
e - rant o - mnes pá - ri - ter di - cén - tes:  
al - le - lú - ia, et súb - i - to fa-ctus est de cæ-  
lo so - nus, al - le - lú - ia, \* tamquam spí - ri - tus  
tor - rens, re - plé - vit to - tam do - mum,  
al - le - lú - ia, al - le - lú - ia.

**V.** Re-plé - ti sunt omnes Spí - ri - tu San- cto, et cœ -  
pé - runt lo - qui. Tamquam spí - ri - tus.

## Lectio II.

**I**N ipso autem lectónis exórdio audístis, quid Véritas dixit: *Si quis díligit me, sermónen meum servábit.* Probátio ergo dilectionis · exhibítio est óperis. Hinc in épistola sua idem Ioánnes dicit: Qui dicit, quia dílico Deum, et mandáta eius non custódit, mendax est. Vere enim dilígimus Deum, si mandáta eius observámus, et a nostris nos volu-

ptátibus coartámus. Nam, qui adhuc per illícita desidéria défluit, profecto Deum non amat, quia ei in sua voluntáte contradícit. *Et Pater meus diligit eum, et ad eum veniémus, et mansiónem apud eum faciémus.* Pensáte, fratres caríssimi, quanta sit sollémnitas habére in cordis hospítio advéntum Dei! Certe, si domum meam quisquam dives ac præpotens amícus intráret, omni festinatióne domus tota mundaréetur, ne quid fortásse esset, quod óculos amíci intrántis offénderet. Tergat ergo sordes pravi óperis, qui Deo præparat domum mentis! Tu.

## Responsorium · 2

Re - plé - ti sunt \* o - mnes Spí - ri - tu  
 San - cto, et cœ - pé - runt lo - qui, pro - ut Spí -  
 ri - tus Sanctus da - bat é - lo - qui il - lis, \* et con -  
 vé - nit mul - ti - tú - do di - cén - ti - um:  
 Al - le - - lú - ia. V. Lo - que - bán - tur  
 vá - ri - is lin - guis a - pó - sto - li ma - gná - li -  
 a De - i. Et con - vé - nit.

## Lectio III.

**V**IDÉTE, fratres, quid Véritas dicat! *Veniémus, et mansiónem apud eum faciémus.* In quorúndam étenim corda venit, et mansiónem non facit, quia per compunctionem quidem Dei respéctum percípiunt, sed tentatiónis témpore hoc ipsum, quod compúncti fúerant, obliviscúntur. Sicque ad perpetránda peccáta rédeunt, ac si hæc míni-me planxíssent. Qui ergo Deum díligit, qui eius mandáta custódit, in eius cor Dóminus ádvenit, et mansiónem facit, quia sic eum divinitá-tis amor pénétrat, ut ab hoc amóre tentatiónis témpore non recédat. Ille ergo vere amat, cuius videlicet mentem delectátio prava ex consénsu non súperat. Nam tanto quisque a supérno amóre disiúngitur, quanto inférius delectátur. Unde et adhuc súbditur: *Qui non díligit me, sermónes meos non servat.* Tu.

Responsoriū: Apparuérunt apóstolis, *ut supra.*

## Ad laudes

## Antiphona · 3g1



Dum com - ple - rén- tur \* di - es Pen- te - có - stes, e - rant




o- mnes pá - ri - ter di- cén- tes: al - le - lú - ia.



Ps. Dóminus regnávit.

## Antiphona · 8g2



Spí - ri - tus \* Dó-mi - ni re - plé - vit or - bem ter - rá-rum,

Musical notation for the antiphon 'al - le - lú - ia. E u o u a e.' in common time, treble clef. The melody consists of eighth and sixteenth note patterns.

## Antiphona · 8g1

Musical notation for the antiphon 'Re- plé - ti sunt omnes \* Spí-ri - tu San-cto, et cœ- pé- runt lo - qui, al - le - lú - ia. E u o u a e.' in common time, treble clef. The melody consists of eighth and sixteenth note patterns.

## Antiphona · 1a3

Musical notation for the antiphon 'Fon- tes et ó - mni - a,\* quæ mo- vén- tur in aquis, hymnum dí - ci - te De - o, al - le - lú - ia! E u o u a e.' in common time, treble clef. The melody consists of eighth and sixteenth note patterns.

## Antiphona · 7c1

Musical notation for the antiphon 'Lo - que-bán-tur \* vá - ri - is linguis a - pó - sto - li ma-gná - li - a De - i, al - le - lú - ia, al - le - lú - ia, al - le - lú - ia. E u o u a e.' in common time, treble clef. The melody consists of eighth and sixteenth note patterns.

Capitulum, ut supra.

## Hymnus

Iam Christus a - stra a- scén- de - rat,  
re - grés-sus, un - de vé - ne- rat,  
pro-mís - so Pa - tris mú- ne - re,  
Sanctum da - tú - rus Spí - ri - tum.

**Sollémnis urgébat dies,**  
quo, mýstico septémpli .  
orbe volúto sépties,  
signat beáta témpora,

Dum hora cunctis tértia  
repénte mundus íntonat,  
orántibus apóstolis,  
Deum venísse núntiat.

De Patris ergo lúmine ·  
decórus ignis almus est,  
quo fida Christi péctora  
calóre verbi cópleat.

Impléta gaudent víscera,  
affláta Sancto Spíritu,  
voces divérsas íntonant,  
fantur Dei magnália.

A - men.

**Ex omni gente cógniti,**  
Græcis, Latínis, bárbaris,  
cunctísque admirántibus,  
linguis loquúntur ómnibus.

Iudáea tunc incrédula,  
vesána torvo spíritu,  
ructáre musti crápula  
alúmnos Christi cóncrepat.

Sed signis et virtútibus  
occúrrit et docet Petrus,  
falsa profári pérfidos  
Ioélis testimónio.

Sit laus Patri cum Fílio,  
Sancto simul Paráclito,  
nobísque mittat Fílius  
charísma Sancti Spíritus!

## Versiculus

**V.** Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúia.

**R.** Et hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia.

Ad Benedictus antiphona · 7a

Ac - cí - pi - te \* Spí- ri - tum Sanctum! Quorum re-mi -  
sé - ri - tis pec - cá - ta, re - mit - tún-tur e - is, al - le -  
lú - ia. E u o u a e.

## Oratio

**D**EUS, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratió- ne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de eius semper consolatióne gaudére! Per Dóminum ... eiúsdem.

Nota, ad primam et etiam ad alias horas tantum hac die dicitur hymnus: Veni, créator Spíritus per totum.

## Ad primam

**Antiphona:** Veni, Sancte Spíritus. **Psalmi:** Deus, in nómine; Confitémini; Beáti imma- culáti; Retríbue; Quicúmque vult salvus; Laudáte Dóminum, omnes gentes. **Capitulum:** Apparuérunt apóstolis, **ut supra.**

Responsorium · 6

Ie - su Chri-ste, Fi - li De - i vi - vi, mi - se - ré - re

no - bis, \* al - le - lú - ia, al - le - lú - ia!

V. Qui mi - sí - sti Spí - ri - tum Pa - rá - cli - tum in ter - ris.

Al - le - lú - ia, al - le - lú - ia. Gló - ri - a

Pa - tri et Fí - li - o et Spi - rí - tu - i

San - cto! Ie - su Chri-ste.

**Versiculus:** Spíritus Dómini replévit orbem. **Oratio:** Sancti Spíritus, quásumus, Dómine, **ut supra.** Dómine, sancte Pater. Exsultábunt. **Et non legitur de beata Virgine usque sabbatum proxime venturum.**

### Ad tertiam

**Hymnus:** Veni, créátor. **Antiphona:** Veni, Sancte Spíritus. **Psalmus:** Legem pone. **Capi-tulum:** In diébus illis. Dum compleréntur.

Responsorium · 6

Lo - que-bán-tur vá - ri - is lin-guis a - pó - sto - li,

\* al - le - lú - ia, al - le - lú - ia. V. Ma - gná- li -

a De - i. Al - le - lú - ia, al - le - lú - ia. Gló - ri - a Pa - tri et Fí - li - o et Spi - rí - tu - i San - cto! Lo- que-bán-tur.

**Versiculus:** Confirma hoc, Deus.

## Ad sextam


**Hymnus:** Veni, créátor. **Antiphona:** Veni, Sancte Spíritus. **Psalmus:** Defécit.

### Capitulum

**E**T repléti sunt omnes Spíritu Sancto, et cœpérunt loqui váriis lin- guis, prout Spíritus Sanctus dabat éloqui illis. Erant autem in Ie- rúsalem habitántes Iudæi, viri religíosi, ex omni natióne, quæ sub cælo est. Facta autem hac voce, convénit multitúdo, et mente confusa est, quóniam audiébat unusquisque lingua sua illos loquéntes. Deo.

### Responsorium . 6

Con- fir- ma hoc, De- us, quod o - pe - rá - tus es in no - bis,  
\* al - le - lú - ia, al - le - lú - ia. V. A templo san-cto tu - o,  
quod est in Ie - rú - sa- lem. Al - le - lú - ia, al - le - lú - ia.



**Versiculus:** Emítte Spíritum.


## Ad nonam

**Hymnus:** Veni, créátor. **Antiphona:** Veni, Sancte Spíritus. **Psalmus:** Mirabília.

### Capitulum

**S**TUPÉBANT autem omnes, et mirabántur ad ínvicem, dicéntes: Non-ne, ecce, omnes isti, qui loquúntur, Galilæi sunt? Et quómodo nos audívimus unusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi et Medi et Ælamítæ, et qui hábitant Mesopotámiam, Iudéam et Capadóciam, Pontum et Asiam, Phrígiam et Pamphýliam, Ægýptum et partes Líbyæ, quæ est circa Cyrénen, et ádvenæ Románi, Iudéi quoque et prosélyti, Cretes et Arabes, audívimus eos, loquéntes nostris linguis magnália Dei. Deo.

### Responsorium · 6



al - le - - lú - ia. Gló - ri - a Pa - tri et Fí -  
li - o et Spi - rí - tu - i San - - cto!  
E - mít- te.

**Versiculus:** Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúia, **ut supra.**

## Ad secundas vespertas

**Antiphona:** Dum compleréntur dies Pentecóstes. **Psalmus:** Dixit Dóminus. **Antiphona:** Spíritus Dómini. **Psalmus:** Confitébor. **Antiphona:** Repléti sunt omnes. **Psalmus:** Beá-tus vir.

**Antiphona · 1a3**

Hi, qui lin- guis \* lo-quúntur no - vis, Ga - li - láe - i sunt,  
et ser-pén- tes tol - lent, al - le - lú - ia. **Ps.** Laudáte, púeri.

**Antiphona:** Loquebántur. **Psalmus:** In éxitu Israel. **Capitulum:** In diébus illis. Dum compleréntur dies.

**Responsorium · 5**

Ad- vé - - nit \* i - - gnis di - ví - nus, non combúrens,

## DOMINICA PENTECOSTES

sed il - lú - mi-nans, nec con - sú-mens, sed lu - cens,  
 et in - vé - nit cor - da di - sci - pu - ló - rum re - ce -  
 ptá - cu - la munda, \* et trí -  
 bu - ens e - is cha - rí - smatum<sup>2</sup> do - na, \*\* al - le -  
 lú - ia, al - le - - - lú - ia. **V.** Et in -  
 vé - nit e - os con - cór - des ca - ri - tát - te, et il -  
 lu - strá - - vit e - os in - ún- dans Spí - ri - tus di -  
 vi - ni - - - tá - tis. **E**t trí -  
 bu - ens. **G**ló - ri - a Pa - tri et Fí - - li - o

<sup>2</sup> Coni. Edd. eis] charismata BNS eis] charismarum

et Spi-ri - tu - i Sancto. **Al - le -**  
**lú - ia.**

Hymnus: Veni, créátor. Versiculus: Loquebántur váriis linguis.

Ad Magnificat antiphona · 1d1

Hó - di - e complé - ti sunt \* di - es Pen - te - có - stes, al -  
le - lú - ia; hó - di - e Spí - ri - tus Sanctus in i - gne  
di - scí - pu - lis ap - pá - ru - it, et, trí - bu - ens e - is cha -  
rí - sma - tum do - na, mi - sit e - os in u - ni - vér - so  
mundo, præ - di - cá - re et te - sti - fi - cá - ri: Qui cre - dí -  
de - rit et ba - pti - zá - tus fú - e - rit, sal - vus  
e - rit, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Oratio, ut supra. Completorium, ut heri.

---

## FERIA SECUNDA

### [ad matutinum]

**Invitatorium:** Alleluia. Spíritus Dómini replévit. **Psalmus:** Veníte. **Ad nocturnum antiphona:** Factus est per ordinem, ut in die sancto, ut supra.

**Secundum Ioannem**

**I**N illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis: Sic Deus diléxit mun- dum, ut Fílium suum unigénitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non péreat, sed hábeat vitam aetérnam. Et réliqua.

Homélia venerábilis Bedæ presbýteri.

**Lectio I.**

**S**ALVÁTOR noster, fratres caríssimi, qui ad redemptiōnem humáni géneris in hunc mundum venit, satis evidénter evangélicis sermóníbus per semetípsum nobis insinuáre dignátus est, dicens: *Sic enim Deus diléxit hunc mundum, ut Fílium suum daret pro eo.* Quæ enim maior diléctio esse pótterit dilectione Dei Patris, qui, ad salvándum omne humánum genus, quod ad imáginem suam formáre dignátus est, unigénitum Fílium suum míttere vóluit? Tu.

**Responsorium · 8**

Iam\*non di- cam vos ser- vos, sed a - mí - cos  
me - os,<sup>3</sup> qui - a ó - mni - a co - gno - ví - stis,

<sup>3</sup> Edd. om. amicos] meos

quæ o - pe - rá- tus sum in mé - di - o ve - stri, al - le -  
 lú - ia. \* Ac - cí - pi - te Spí - ri - tum Sanctum  
 in vo - bis Pa - rá - cli - tum, i - pse est,  
 quem Pa - ter mit - tet vo - bis, al - le - lú - ia.  
**V.** Quo-rum re - mi - sé - ri - tis pec - cá - ta, re - mit -  
 tún- tur e - is.      **AC - cí - pi - te.**

## Lectio II.

**E**T, qui propter prævaricationem primi hóminis, imáginem in se condítoris sui commaculávit, sedúctus a diábolo, omníno non reformarétur, nisi Deus omnípotens Fílium suum ad hoc in mundum míttere dignaréatur. Ideo enim ipse Dóminus ait: *Sic enim Deus diléxit mundum, ut Fílium suum unigénitum daret pro eo.* Magna dignátio, frátres mei, quod unigénitus Dei Filius de sinu Patris ad redemptiōnem nostram veníre vóluit. Quápropter, caríssimi, non negligámus tam magnam et imménsam misericórdiam condítoris nostri, non si-mus ingratiæ tantæ benignitatis, sed cum omni sollicitúdine præcaveámus nobis indultam véniam delictórum, quæ de primo parénte tráxi-mus! Tu.

## Responsorium · 8

Spí - ri - tus \* Dó- mi - ni re - plé - vit or-bem  
 ter - rá - rum,\* et hoc, quod cón - ti - net  
 ó- mni - a, sci - én - ti - am ha - bet vo - cis,  
 al - le - lú - ia, al - le - lú - ia.<sup>4</sup> **V.** O- mni- um  
 est e- nim ár - ti - flex, omnem ha-bens vir - tú - tem, ómni-  
 a pro - spí - ci - ens.      **E**t hoc.

## Lectio III.

**S**TUDEÁMUS iúgiter Redemptóris nostri mandáta in ómnibus custo-  
 díre, quia nihil condígnum tantæ humilitáti illíus repéndere pós-  
 sumus, sed hoc tantum nostrum est, ut corda nostra semper ad illíus  
 voluntátem dirigámus, et, quantum ipse nobis concédere dignétur,  
 bonis opéribus viam salútis aetérnæ cum omni devotióne præparé-  
 mus, quam ipse nobis per passiónem et resurrectiōnem suam apéruit  
 et concéssit, et, quam non merúimus per culpam, sed ut haberémus  
 illam per grátiam ipsíus. Quam diligénter observáre necésse est, ne  
 íterum antíqui hostis versútia ab eo separémur, sed, protegénte nos  
 grátia Dómini, Dei nostri, mercéde bonórum óperum reférti, ad por-  
 tum salútis aetérnæ pervenire mereámur. Tu.

<sup>4</sup> *Edd. om. alleluia] alleluia*

**Responsorium:** Apparuérunt, ut supra.

## Ad laudes

**Antiphona:** Dum compleréntur **cum ceteris.**

### Capitulum

**I**N diébus illis. Apériens Petrus os suum, dixit: Viri fratres et patres! Nobis præcépit Dóminus prædicáre pôpulo et testificári, quia ipse est, qui constitútus est a Deo, iudex vivórum et mortuórum. Huic omnes prophétæ testimónium pérhibent, remissiónem peccatórum accípere per nomen eius · omnes, qui credunt in eum. Deo.

**Hymnus:** Iam Christus. **Versiculus:** Spíritus Dómini replévit.

Ad Benedictus antiphona · 8g1

Sic Deus \*di - lé - xit mundum, ut Fí - li - um su - um  
u - ni - gé - ni - tum da - ret, ut o - mnis, qui cre - dit in  
i - pso, non pér - e - at, sed há - be - at vi - tam æ-  
té - rnam, al - le - lú - ia. E u o u a e.

### Oratio

**D**EUS, qui apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum: concéde plebi tuæ piæ petitiónis efféctum, ut, quibus dedísti fidem, largiáris et pacem! Per ... eiúsdem.

## Ad primam

**Hymnus:** Iam lucis. Sit laus Patri. **Antiphona:** Dum compleréntur. **Psalmi:** Deus, in nōmine; Beáti; Retribue; Quicúmque; Laudáte Dóminum, omnes gentes. **Capitulum:** Ap-paruérunt. **Cetera, ut supra, per totum.**

## Ad sextam

### Capitulum

**A**DHUC loquénte Petro verba hæc, cécidit Spíritus Sanctus super omnes, qui audiébant verbum, et obstupuérunt ex circumcisio-ne fidèles, qui vénerant cum Petro, quia et in natiónes grátia Spíritus Sancti effúsa est. Audiébant enim illos loquéntes linguis et magnifi-cántes Deum.

Responsorium et versiculus, ut supra.

## Ad nonam

### Capitulum

**R**ESPÓNDENS Petrus, dixit: Numquid aquam quis prohibére potest, ut non baptizéntur hi, qui Spíritum Sanctum accepérunt, sicut et nos? Et iussit eos baptizári in nōmine Dómini nostri, Iesu Christi. Deo.

## Ad secundas vespertas

**Antiphona:** Dum compleréntur. **Psalmus:** Dixit Dóminus per totum, ut supra. **Capitu-lum:** In diébus illis. Apériens. **Responsorium:** Veni, Spíritus, quære hic infra. **Hymnus:** Veni, créator Spíritus. **Versiculus:** Loquebántur.

Ad Magnificat antiphona · 7a



Non e - nim \* mi - sit De - us Fí - li - um su - um in ter-ris,

ut iú - di - cet mundum, sed ut sal - vé - tur mundus per  
 i - psum, al - le - lú - ia. E u o u a e.

**Oratio:** Deus, qui apóstolis, **ut supra.**

---

## FERIA TERTIA

[ad matutinum]

**Invitatorium:** Allelúa. Spíritus Dómini. **Psalmus:** Veníte. **Ad nocturnum antiphona:** Factus est, **ut supra.**

**Secundum Ioannem**

**I**N illo témpore. Dixit Jesus discípulis suis: Amen, amen dico vobis, **qui non intrat per óstium in ovíle óvium, sed ascéndit aliúnde, ille fur est et latro.** Et réliqua.

Homélia lectiónis eiúsdem.

**Lectio I.**

**V**ERBA sancti Evangélii, fratres caríssimi, ita recte intelligúntur, si cum superióribus reperiúntur habére concórdiam. Conveníre enim debent præséntia cum sequéntibus, quando Véritas lóquitur. Cum enim Dóminus dixisset: In iudícium enim in hunc mundum veni, ut, qui non vident, vídeant, et qui vident, cæci fiant, scribas et pharisáeos árguit, qui se iustos et sapiéntes iactitábant. Tu.

**Responsorium · 8**

Di - sci - plí - nam \* et sa - pi - én - ti - am do - cé - bit

e - os      Dó - mi - nus, al - le - lú - ia,  
 \*fir - má - vit      in il - lis grá - ti - am Spí - ri - tus  
 su - i,      et in - tel - lé - ctu<sup>5</sup> ad - im - plé - vit cor - da e -  
 ó - rum, al - le - lú - ia,      al - le - lú - ia.<sup>6</sup>

**V.** Spí - ri - tus      Dó - mi - ni re - plé - vit or - bem ter - rá - rum,  
 et hoc, quod cón - ti - net ó - mni - a, sci - én - ti - am ha -  
 bet vo - - cis.      **Fir - má - vit.**

## Lectio II.

**E**T in iudícum se venísse in hunc mundum, ut, qui non vident, vídeant, et, qui vident, cæci fiant, dicit, id est, ut discretiónem fáceret inter sapiéntes huius sǽculi, qui suas traditiónes statuéntes legem, et mandáta Dómini pro níhilo ducunt, se homínibus ostentántes, cum sint omni iniustítia et pravitáte detórti, instar sepulcrórum, quæ foris dealbáta parent, intus vero plena sunt óssibus mortuórum. et omni spurcítia, et inter eos, qui homínibus quasi rei appárent propter humilitátem, intus vero in ánimo pleni virtútibus et opéribus iu-

<sup>5</sup> BNS et] intellectus<sup>6</sup> Edd. om. alleluia] alleluia

stis Deo appárent, non homínibus, qui non propter terrénam, sed propter cælestem glóriam bona ópera éhibitent. Tu.

## Responsorium · 3

Spí - ri - tus San - - ctus, \* pro- cé - dens a thro - no,  
 a - po - sto - ló - rum pé - cto - ra in - vi - si - bí - li -  
 ter pe - ne - - trá - vit, \* no - vum san - cti - fi - ca - ti -  
 ó - nis si - gnum, ut in o - re e - ó - rum ó -  
 mni - um gé - ne - ra na - sce - rén - tur lin -  
 guá- rum<sup>7</sup>, al - le - - - lú - ia. **V.** Lo-que-bán -  
 tur vá - ri - is lin-guis a - pó - sto - li ma- gná -  
 li - a De - - i. **No - vum.**

<sup>7</sup> Edd. genera] linguarum nascerentur

*Lectio III.*

**V**ENIT mediátor Dei et hóminum in iudícium in hunc mundum, ut discretiónem nos dóceat fácerre inter bonum et malum, inter iustítiam et iniustítiam, inter vitam et mortem, inter lucem et ténebras, ut, hac discretióne percépta, ea, quæ sunt iusta et Deo plácita, exercére valeámus. Tu.

**Responsorium:** Apparuérunt, ut supra.

**Ad laudes**

**Antiphona:** Dum compleréntur cum ceteris, ut supra.

**Capitulum**

**I**N diébus illis. Cum audíssent apóstoli, qui erant Hierosólymis, quia recepísset Samária verbum Dei, misérunt ad eos Petrum et Ioánnem, qui, cum veníssent, oravérunt pro ipsis, ut accíperent Spíritum Sanctum. Deo.

**Hymnus:** Iam Christus astra. **Versiculus:** Spíritus Dómini.

**Ad Benedictus antiphona · 8g1**

A-men, a-men<sup>8\*</sup> di - co vo- bis, qui non in- trat per ó - sti -  
um in o - ví - le ó - vi - um, sed a- scén-dit a - li -  
ún - de, il - le fur est et la- tro; qui au- tem in - trat per

<sup>8</sup> Edd. om. Amen] amen

ó - sti - um, pa - stor est ó - vi - um, al - le - lú - ia.  
E u o u a e.

**Oratio**

**A**DSIT nobis, quæsumus, Dómine, virtus Spíritus Sancti, quæ et corda nostra cleménter expúrget, et ab ómnibus tueáтур advérsis. Per Dóminum ... eiúsdem.

Ad horas diei, ut supra.

**Ad sextam****Capitulum**

**N**ONDUM enim in quemquam Samaritanórum vénerat Spíritus Sanctus, sed baptizáti tantum erant in nómine Dómini nostri, Iesu Christi. Deo.

**Ad nonam****Capitulum**

**T**UNC Petrus et Ioánnes imponébant manus super illos, et accipiébant Spíritum Sanctum. Deo.

**Ad secundas vesperas**

**Antiphona:** Dum compleréntur. **Psalmus:** Dixit Dóminus cum ceteris, ut supra. **Capitulum:** In diébus illis. Cum audíssent. **Responsorium:** Advénit ignis. **Hymnus:** Veni, créator. **Versiculus:** Loquebántur.

Ad Magnificat antiphona · 8g1

E - go sum \* ó - sti - um, di - cit Dó - mi- nus, per me si quis  
 in - tro - í - e - rit, sal - vá - bi - tur, et pá - scu - a in - vé-  
 ni - et, al - le - lá - ia. E u o u a e.

Oratio: Adsit nobis.

## FERIA QUARTA

[ad matutinum]

**Invitatorium:** Allelúia. Spíritus Dómini. **Psalmus:** Veníte. **Ad nocturnum antiphona:** Factus est, ut supra.

Secundum Ioannem

**I**N illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis: Nemo potest veníre ad me, nisi Pater, qui misit me, tráxerit eum, et ego resuscítabo eum in novíssimo die. Et réliqua.

Homélia lectiónis eiúsdem.

Lectio I.

**C**UM Dóminus noster, Iesus Christus, sicut in superiórí loco Evan-gélii, cum legerétur, audívimus, panem se esse osténdit, dicén-  
 do: *Ego sum panis vivus, qui de cælo descéndi,* murmuravérunt Iudéi, et  
 dixérunt: Nonne hic est Fílius Ioseph, cuius nos nónimus patrem et  
 matrem? Ideo ergo murmuravérunt, quia ab ipso, hoc est a Christo,

sive a vita longe erant, nec eum esuríre nóverant, quia fauces cordis lánguidas habébant · propter incredulitátem eórum. Tu.

## Responsorium · 2

Lo - que - bán - tur \* vá - ri - is lin - guis a - pó -  
 sto - li ma - gná - li - a De - i, \* pro - ut  
 Spí - ri - tus Sanctus da - bat é - lo - qui il - - lis,  
 al - le - lú - ia.<sup>9</sup> V. Re - plé - ti sunt omnes  
 Spí - ri - tu San - cto, et cœ - pé - runt lo - qui.  
 Pro - ut.

## Lectio II.

**A**URES cóporis apértas habébant, sed áuribus cordis surdi erant. Oculos apértos habébant, sed mentis óculis cæci stabant, quia panis iste interiórís hóminis quærít esúriem. Unde ipse Dóminus in álio loco dicit: Beáti, qui esúriunt et sítiunt iustítiam. Iudæi ígitur, quia ignoravérunt iustítiam Dei, suam iustítiam voléntes statuére, iustítiae Dei subiécti esse noluérunt, statuéntes mandáta et doctrínas hóminum, legem autem Dei contemnéntes et prævaricántes, quasi cæci et surdi ambulántes. Tu.

<sup>9</sup> Edd. add. alleluia] alleluia

**Responsorium:** Advénit ignis divínus, ut supra.

Lectio III.

**Q**UIA ergo crēdere noluérunt vócibus prophetárum, olim sibi Christum præcinéntibus ventúrum, ídeo esuriébant de pane vitæ, qui de cælo descéndit. Quæ erat illórum iustítia, nisi quod de suis víribus præsumébant, et quasi impletóres legis seípsos ex sua virtúte iustos dicébant? Nemo autem implet legem, nisi quem adiúverit grácia Dei, id est ipse panis, qui de cælo descéndit, legis enim plenitúdo, ut ait apóstolus, cáritas est. Cáritas non nummi, non auri et argénti, non possessiónum terrenárum, sed Dei vidélicet et próximi. Tu.

**Responsorium . 1**

Ve - ni, \* Spí - ri - tus al - me, tu - ó - rum cor -  
da fi - dé - li - um re - ple, et ac -  
cén - de in e - is i - gnem tu - i a - mó - ris,  
\* qui gen - tes in u - ni - tá - tem<sup>10</sup> ff - de - i per di -  
ver - si - tá - tem lin - guá - rum cun - ctá - rum  
con - - gre - gá - sti, \*\* al - le -

<sup>10</sup> BNS in] unitate

lú - ia. V. Nunc no - bis au - ge tu - a  
 mū - ne - ra, Spí - ri - tus al - me! Qui gen - tes.  
 Gló - ri - a Pa - tri et Fí - li - o et Spi -  
 rí - tu - i Sancto! Al - le - - -  
 lú - ia.

## Ad laudes

**Antiphona:** Dum compleréntur, ut supra, per totum.


### Capitulum

**I**N diébus illis. Dixit Sálomon filiis Israel: Dilígite iustítiam, qui iudicáti terram, sentíte de Dómino in bonitaté, et in simplicitaté cordis quærите illum, quia invenítur ab his, qui non tentant illum, appáret autem eis, qui fidem habent in illum. Deo.

**Hymnus:** Iam Christus. **Versiculus:** Spíritus Dómini.

### Ad Benedictus antiphona · 1g1

E - go sum pa - nis vi - vus, \* qui de cæ - lo de - scén-di, di -



## Oratio

**M**ENTES nostras, quásimus, Dómine, Paráclitus, qui a te procédit, illúminet, et indúcat in omnem, sicut tuus promíxit Fílius, veritátem. Qui tecum ... eiúsdem.

Ad horas, ut supra.

## Ad sextam

## Capitulum

**P**ERVÉRSÆ enim cogitatiónes séparant<sup>11</sup> a Deo, probáta autem vir-  
tus córripit insipiéntes, quóniam in malívola mánimam non in-  
troíbit sapiéntia, nec habitábit in córpore, súbdito peccátis. Deo.

## Ad nonam

## Capitulum

**B**ENÍGNUS est Spíritus sapiéntiæ, et non liberábit maledíctum a lá-  
biis suis, quóniam renum illíus testis est Deus, et cordis illíus  
scrutátor est verus, et linguæ illíus audítor, quóniam Spíritus Dómini

<sup>11</sup> *Edd. cogitationes] seperant*

replévit orbem terrárum, et hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis. Deo.

## Ad secundas vespertas

**Antiphona:** Dum compleréntur. **Psalmus:** Dixit Dóminus, ut supra, per ordinem.

### Capitulum

**I**N diébus illis. Per manus apostolórum fiébant signa et prodígia multa in plebe, et erant unanímiter omnes in pórticu Salomónis, ceterórum autem nemo audébat se coniúngere illis, sed magnificábat eos pópulus. Deo.

**Hymnus:** Veni, créátor. **Versiculus:** Loquebántur.

Ad Magnificat antiphona · 3a1

Si quis dí - li - git me, \* ser - mó - nem me - um ser - vá - bit,  
 et Pa - ter me - us dí - li - get e - um, et ad e - um  
 ve - ni - é - mus, et man-si - ó - nem a - pud e - um fa - ci -  
 é - mus, al - le - lú - ia. E u o u a e.

---

## FERIA QUINTA

[ad matutinum]

**Invitatorium:** Alleluia. Spíritus Dómini. **Antiphona:** Factus est, ut supra.

**Secundum Lucam**

**I**N illo témpore. Convocátis Iesus duódecim discípulis, dedit illis virtútem et potestátem super ómnia dæmónia, et ut languóres cu-rárent. Et réliqua.

Homélia lectiónis eiúsdem.

**Lectio I.**

**M**ODO, fratres caríssimi, cum Evangélium legerétur, audívimus, quia: *Convocátis Dóminus Iesus duódecim apóstolis, dedit illis virtútem et potestátem super ómnia dæmónia, et ut languóres curárent. Et misit illos prædicáre regnum Dei, et sanáre infírmos. Tu.*

**Responsorium:** Iam non dicam.

**Lectio II.**

**F**ORTÁSSE enim nemo créderet homínibus illitterátis, promitténtibus regnum cælórum, ídeo concéssit illis primum potestátem si-gnórum, misit prædicáre regnum Dei, ut promissórum magnítudinem attestaréntur étiam magnítudo factórum, fidémque verbis daret virtus osténsa, et nova fácerent, qui nova prædicárent. Cum ergo, prædicántibus apóstolis, et signa faciéntibus, ad salútēm redírent infírmi et corporáliter, et spirituáliter, ut multi infírmi in fide robora-rentur, et converteréntur ad credulitátem filii Dei, et ad vitam resúr-gerent mórtui corporáliter. Tu.

**Responsorium:** Spíritus Dómini.

**Lectio III.**

**E**T, qui, multitúdine peccatórum alligáti, quasi mórtui erant, et nihil vivífici fructus bonórum óperum habébant, converteréntur, et resúrgerent per pæniténtiam et confessiórem et emendatiómem con-versatiónis, et carnis mundítiam recíperent leprósi, et cordis mundítiam accíperent ímpii et peccatóres, ereptíque essent a iure spirítuum immundórum dæmoniáci, qui idóla et simulácrá muta colunt, et con-

vérsi essent ad Deum verum, et Dóminum nostrum, Iesum Christum. Et, qui in fornicatióne et luxúria erant contamináti, mundítiam córporis sui per luctum et lamentatióne, vel per confessióne et castitátem vitæ recíperent. Tantis visibílibus atque invisibílibus exáctis, quis tam duri cordis non créderet, quod de invisibílibus práemiis audíret? Tu autem.

**Responsorium:** Apparuérunt.

## Ad laudes

**Antiphona:** Dum compleréntur, ut supra.

### Capitulum

**I**N diébus illis. Philíppus, descéndens in civitátem Samáriæ, prædicábat illis Christum. Intendébant autem turbæ his, quæ a Philíppo dicebántur, unanímiter audiéntes, et vidéntes signa, quæ faciébat. Deo.

**Hymnus:** Iam Christus. **Versiculus:** Spíritus Dómini.

Ad Benedictus antiphona · 1g1

Con-vo - cá - tis Ie - sus \* du - ó - de - cim a - pó - sto - lis,  
 de - dit il - lis vir - tú - tem et pot - e - stá - tem su - per  
 ó - mni - a dæ - mó - ni - a, et ut lan-guó-res cu - rá-rent,  
 et mi - sit il - los præ-di - cá - re regnum De - i, et sa -

ná - re<sup>12</sup> in - fír-mos, al - le - lú - ia, al - le - lú - ia.  
E u o u a e.

**Oratio:** Deus, qui hodiérna die corda, **ut supra**, in die sancto.

### Ad sextam

**Capitulum**

**M**ULTI eórum, qui habébant spíritus immúndos; clamántes voce magna, exíbant. Deo.

### Ad nonam

**Capitulum**

**M**ULTI autem paralýtici et claudi curáti sunt. Factum est ergo gáudium magnum in illa civitáte. Deo.

### Ad secundas vespertas

**Antiphona:** Dum compleréntur. **Psalmus:** Dixit Dóminus. **Capitulum:** In diébus illis. Philíppus, **et cetera.**

**Ad Magnificat antiphona · 1d1**

E - grés - si \* du - ó - de - cim a - pó - sto - li, cir - cu -

<sup>12</sup> *Edd. et] curare*

í- bant per ca - stél - la, ev- an - ge - li - zán- tes et cu - rán-  
tes u - bí - que, al - le - lú - ia, al - le - lú - ia.<sup>13</sup>

E u o u a e.

---

## FERIA SEXTA

[ad matutinum]

**Invitatorium:** Allelúia. Spíritus Dómini. **Psalmus:** Veníte. **Ad nocturnum antiphona:** Factus est, *ut supra*.

**Secundum Lucam**

**I**N illo témpore. Factum est in una diérum, et ipse Iesus sedébat do- cens, et erant pharisæi sedéntes et legis doctóres, qui vénérant ex omni castéllu Galiléæ · et Iudææ · et Ierúsalem, et virtus Dómini erat ad sanándum eos. Et réliqua.

Homélia lectiónis eiúsdem.

**Lectio I.**

**D**ÓMINUS ac Redémptor noster, fratres dilectíssimi, multis signis et váriis virtútibus salútem humáni géneris operátus, inter cétera innumerabília eius facta · étiam paralýticum curávit, sicut præsens léctio recitáta insínuat, dicens: *Et ecce, viri, portántes in léctulo hóminem, qui erat paralýticus. Et, quæréntes eum inférre et pónere ante eum, et non inveniéntes, qua parte illum inférrent præ turba, ascendérunt supra te- cтum, et per téгulas submisérunt eum in médium ante Iesum. Tu.*

<sup>13</sup> *Edd. om. alleluia] alleluia*

**Responsorium:** Disciplinam, *ut supra.*

**Lectio II.**

**C**URÁTIO paralýtici huius · salvatióinem ánimæ, post diutúrnam illécebræ carnális inértiam ad Christum suspirántis, índicat, quæ primo ómnium índiget minístris, qui eam súblevent, et Christo áfferant, id est bonis doctóribus, qui spem salvatiónis opémque intercessiónis subminístrent. Qui bene, Marco narránte, quáttuor fuísse reperiúntur, sive quia quáttuor Evangélii libris omnis prædicatiónis virtus omnísque sermo firmátur, sive quia quáttuor sunt virtútes, quibus, ad promeréndam sospitátem, fidúcia mentis erígitur. Quas álii sobrietátem et sapiéntiam et iustítiam et virtútem dicunt esse, quibus útilius nihil est in vita homínibus. Tu.

**Responsorium:** Spíritus Sanctus.

**Lectio III.**

**Q**UORUM fidem ut vidit, dixit: *Homo, remittúntur tibi peccáta tua.* Hóminem Dóminus a paralýsi curatúrus, primo peccatórum víncula dissólvit, ut osténderet eum ob nexus culpárum áctuum dissolutiōne damnári, nec, nisi his relaxáti, membrórum posse recuperatiōnem sanári. Et bene is, cui peccáta dimittebántur, homo vocátur, qui hoc ipso, quod homo erat, non posset dícere: non peccávi, simul étiam, ut ille, qui hómini dimittébat, intelligéretur Deus. Intuéndum sane, quanti própria cuiúsque fides apud Deum váleat, ubi tanti váluit aliéna, ut totus homo repénte, id est extérius interiúsque iam salvátus exsúrgeret, aliorúmque mérito áliis laxaréntur erráta. Tu.

**Responsorium:** Apparuérunt. Te Deum laudámus *dicitur.*

## Ad laudes

**Antiphona:** Dum compleréntur *cum ceteris, ut supra.*

**Capitulum**

**I**N diébus illis. Apériens Petrus os suum, dixit: Viri Israelítæ, audíte verba hæc! Iesum Nazarénum, virum approbátum a Deo in vobis virtútibus et signis et prodígiis, quæ fecit per illum Deus in médio vestri, sicut vos scitis ... Deo.

**Hymnus:** Iam Christus. **Versiculus:** Spíritus Dómini.

Ad Benedictus antiphona · 4e

Factum est \* in u - na di - é - rum, et Ie - sus se - dé -  
 bat do-cens, et e - rant pha-ri - sá - i se- dén-tes et le- gis  
 do - ctó- res, qui vé - ne - rant ex o - mni ca - stél - lo  
 Ga - li - lá - æ et Iu - dá - æ et Ie - rú - sa - lem,  
 et vir - tus e - rat Dó - mi - ni<sup>14</sup> ad sa - nán-dum e - os,  
 al - le - lú - ia. E u o u a e.

**Oratio**

**D**A ecclésiae tuæ, misericors Deus, ut, Spíritu Sancto congregáta, hostíli nullátenus incursióne turbétur! Per ... eiúsdem.

## Ad sextam

**Capitulum**

**H**UNC, diffínito consilio et præscíentia Dei tráditum, per manus iniquórum affigéntes, interemístis. Quem Deus suscitávit, solú-

<sup>14</sup> *Edd. virtus]* Dómini erat

tis dolóribus inférni, iuxta quod impossíbile erat tenéri illum ab eo.  
Deo.

## Ad nonam

### Capitulum

**D**AVID enim dicit in eum: Providébam Dóminum coram me semper, quóniam a dextris est mihi, ne commóvear. Propter hoc delectátum est cor meum, et exsultávit lingua mea. Insuper et caro mea requiéscet in spe, quóniam non derelínques ánimam meam in inférno, neque dabis sanctum tuum vidére corruptiónem. Notas fecísti mihi vias vitæ, repléstí me iucunditáte cum fácie tua. Deo.

## Ad secundas vespertas

**Antiphona:** Dum compleréntur, **ut supra.** **Capitulum:** In diébus illis. Apériens.

### Ad Magnificat antiphona · 7a

Au - dí - stis, \* qui - a di - xi vo - bis: Va - do, et vé - ni - o  
ad vos, si di - li - ge - ré - tis me, gau-de - ré - tis ú - ti - que,  
qui - a ad Pa-trem va - do,<sup>15</sup> qui - a Pa - ter ma - ior me est,  
al - le - lú - ia. E u o u a e.

**Oratio, ut supra.**

<sup>15</sup> *Edd. quia]* vado ad Patrem

## SABBATO

[ad matutinum]

**Invitatorium:** Allelúia. Spíritus Dómini. **Ad nocturnum antiphona:** Factus est, **ut supra.**

**Secundum Lucam**

**I**N illo tempore. Surgens Iesus de synagóga, intrávit in domum Simónis. Socrus autem Simónis tenebátur magnis fíebribus, et rogávérunt illum pro ea. Et réliqua.

Homélia lectiónis eiúsdem.

**Lectio I.**

**Q**UIA ergo Dóminus et Salvátor noster, ad liberándum a potestáte diáboli humánum genus, vénerat, bene étiam primo secúndum órdinem Lucæ evangelístæ · homo, a spíritu immúndo liberátus, in præcedéntibus huius lectiónis verbis légitur. Quia ígitur invídia diáboli mors introívit in orbem terrárum, ídeo contra ipsum mortis autórem primo débuit medicína salútis operári ... Tu autem.

**Responsorium:** Loquebántur.

**Lectio II.**

**P**RIMO lingua serpentína, ne ultra virus spárgeret, occlúdi, deinde fémina, quæ prima sedúcta est, a carnális concupiscéntiæ febre curári. Unde in præsénti lectióne lectum est, cum dícitur: *Surgens Iesus de synagóga*, ac si dicátur: de loco, ubi primo a spíritu immúndo hóminem liberávit, *intrávit in domum Simónis*. *Socrus autem Simónis tenebátur magnis fíebribus*. Tu.

**Responsorium:** Advénit ignis.

**Lectio III.**

**V**IDÉTE, fratres mei, cleméntiam Salvatóris Dómini! Nec indignatióne Iudæórum commótus, nec sceléribus eórum offénsus, nec iniúria violátus, eos deserébat, quin étiam immémor iniúriæ, memor cleméntiæ nunc docéndo, nunc liberándo, nunc sanándo in fide ple-

bis corda demúlcet. Et bene sanctus Lucas virum, a spíritu nequítiae liberátum, ante præmísit, et substítuit féminæ sanitátem. Utrúmque enim sexum Dóminus curatúrus advénerat, et prior sanári débuit, qui prior sauciátus est. Nec prætermítti illa, quæ mobilitáte magis ánimæ, quam pravítate peccáverat. Tu autem.

**Responsorium:** Veni, Spíritus alme.

## Ad laudes

**Antiphona:** Dum compleréntur.

### Capitulum

**I**N diébus illis. Convénit univérsa cívitas audíre verbum Dómini, vidéntes autem turbas Iudæi, repléti sunt zelo, et contradicébant his, quæ a Paulo dicebántur, blasphemántes. Deo.

**Hymnus:** Iam Christus. **Versiculus:** Spíritus Dómini.

**Ad Benedictus antiphona · 1g1**

Cum sol au - tem oc - ci - dís- set, \* o - mnes, qui ha - bé- bant in -  
 fir - mos vá - ri - is lan-gúo-ri - bus, du - cé-bant il - los ad  
 ie-sum, et cu - ra - bán-tur. E u o u a e.

### Oratio

**M**ÉNTIBUS nostris, quæsumus, Dómine, Spíritum Sanctum benígnus infúnde, cuius et sapiéntia cónditi sumus, et providéntia gubernámur. Per ... eiúsdem.

**Nota,** hic incipiunt horæ beatæ Virginis. Ad horas, ut supra.

## Ad sextam

### Capitulum

**A**UDIÉNTES autem gentes, gavísæ sunt, et glorificábant verbum Dei, et credidérunt, quotquot erant præordináti ad vitam ætérnam, disseminabátur autem verbum Dómini per univérsam Iudéam. Deo.

## Ad nonam

### Capitulum

**I**UDÉI concitavérunt religíosas mulíeres et honéstas, et primos civítatis, et excitavérunt persecutióñem in Paulum et Bárnabam, et eiecérunt eos de fínibus illis. At illi, excússo púlvore pedum in eos, venérunt Icónium. Deo.

## Ad vesperas<sup>16</sup>

Dum compleréntur. **Ps.** Dixit Dóminus, **ita per ordinem.**

### Capitulum

**E**CCE, ego Ioánnes vidi óstium, apértum in cælo, et vox prima, quam audívi, tamquam tubae, loquéntis mecum, dicens: Ascén-de huc, et osténdam tibi, quæ opórtet fieri cito et post hæc statim!

**Responsorium:** Veni, Spíritus alme. **Hymnus:** Veni, créátor. **Versiculus:** Loquebántur.

Ad Magnificat antiphona · 1d1

Iam non mul-ta \* lo - quar vo - bís - cum, ve - nit e - nim  
princeps mun-di hu- ius, et in me non ha - bet quicquam,

<sup>16</sup> Vesperæ sabbati tantum a BNS adhibentur.

## SABBATO PENTECOSTES

sed ut co - gnó - scat mundus, qui - a dí - li - go Patrem,  
 et, sic - ut man - dá - tum de - dit mi - hi Pa - ter,  
 sic fá - ci - o, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Deus, qui hodiérna die.

---

## DE SANCTA TRINITATE

ad vesperas

Antiphona · 1g1

Gló - ri - a ti - bi, Trí - ni - tas, \* ae - quá - lis u - na Dé -  
 i - tas, et an - te ó - mni - a sá - cu - la, et nunc  
 et in per - pé - tu - um! Ps. Laudáte, púeri.

## Antiphona · 2

Laus et per-én-nis gló - ri - a \* De - o Pa - tri et Fí-  
li - o, San-cto si - mul Pa - rá - cli - to in sáe - cu - la  
sæ - cu - ló - rum! Ps. Laudáte, Dóminus, omnes gentes.

## Antiphona · 3g1

Gló - ri - a lau-dis \* ré - so - net in o - re ó - mni - um  
Pa - tri ge - ni - tæ - que Pro - li, Spi - rí - tu - i San - cto  
pá - ri - ter re - súl - tet lau - de per - én - ni!

Ps. Lauda, ánima.

## Antiphona · 4e

Laus De - o Pa - tri \* pa - ri - lí - que Pro - li et ti - bi,

## DE SANCTA TRINITATE

San-cte, stú-di - o per- én - ni, Spí - ri - tus, no-stro ré - so -  
net in o - re o - mne per æ-vum!

**Ps.** Laudáte Dóminum, quóniam bonus.

Antiphona · 5a

Ex quo ó - mni- a, \* per quem ó - mni- a, in quo ó-mni-  
a, i - psi gló - ri - a in sáe - cu - la!

**Ps.** Lauda, Ierúsalem.

Capitulum

**F**RATRES. O, altitúdo divitiárum sapiéntiae et sciéntiae Dei, quam incomprehensibília sunt iudícia eius, et investigábiles viæ eius! Deo.

Responsorium · 8

Bene - di - cá - mus \* Pa - trem et Fí - li - um,  
cum San - cto Spí - ri - tu, lau- dé - mus et su- per-

ex - al - té - mus e - um \* in sáé - - -  
cu - la! **V.** Be - ne - dí - ctus es,  
Dó - mi - ne, in fir - ma-mén-to cæ - li, et lau - dá - bi - lis  
et glo - ri - ó - sus. **In** sáecula!

## Hymnus

O, lux be - á - ta, Trí - ni - tas,  
et prin - ci - pá - lis U - ni - tas,  
iam sol re - cé - dit<sup>17</sup> í - gne- us,  
in - fún-de lu-men cór - di - bus!

<sup>17</sup> *Edd. sol]* recedet

Te mane laudum<sup>18</sup> cármine,  
te deprecámur véspera,  
te nostra supplex glória  
per cuncta laudet<sup>19</sup> sácula.



A - men.

**Versiculus:** Benedicámus Patrem et Filium cum Sancto Spíritu.

Ad Magnificat antiphona · 4e

Te, De - um \* Pa-trem in - gé - ni - tum, te, Fí - li - um  
 u - ni - gé - ni - tum, te, Spí - ri - tum Sanctum Pa - rá -  
 cli - tum, san-ctam et in - di - ví - du - am Tri - ni - tát - em  
 to - to cor - de et o - re con - fi - té - mur, lau-dá - mus  
 at - que be - ne - dí - ci - mus, ti - bi gló - ri - a in  
 sá - cu - la! E u o u a e.

<sup>18</sup> Edd. mane] laudant

<sup>19</sup> Edd. cuncta] pie

**Oratio**

**O**MNÍPOTENS, sempiterne Deus, qui dedísti nobis, fámulis tuis in confessióne veræ fídei · ætérnæ Trinitatis glóriam agnoscere, et in poténtia maiestátis adoráre unitátem: quásimus, ut eiúsdem fídei firmitáte ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per.

**Ad completorium**

**Psalmus:** Cum invocárem. Allelúa. **Hymnus:** Te, lucis ante. **Capitulum:** Tu in nobis es, Dómine. **Versiculus:** Custódi nos. **Ad Nunc dimittis antiphona:** Salva nos. **Oratio:** Deus, qui illúminas.

**Ad matutinum**

Invitatorium · 4/III.


De - um ve - rum, u - num in Tri - ni - tá - te, et Tri -  
ni - tá - tem in u - ni - tá - te, \* ve - ní - te, ad -  
o - ré - mus! **Ps.** Veníte.

**In primo nocturno**

Antiphona · 1g1


Ad - é - sto, \* De - us u - nus, o - mní - pot - ens: Pa - ter

## DE SANCTA TRINITATE




**Ps.** Dómine, Dóminus noster.

## Antiphona · 2d



## Antiphona · 3a1



**Versiculus:** Benedicámus Patrem.

## Lectio I.

**C**RÉDIMUS sanctam Trinitátem, id est Patrem · et Fílium · et Spíritum Sanctum, unum Deum omnipoténtem, uníus substántiae, uníus esséntiae, uníus potestatis, créatorem ómnium creaturárum. Crédimus Patrem a semetípso, non ab álio, Fílium a Patre génitus, Deum verum de Deo, lumen verum de lúmíne vero, non tamen duo lúmina, sed unum lumen. Spíritum Sanctum, a Patre et Fílio procedéntem, consubstantiálem et coæténum Patri. Tu.

## Responsorium · 1

Be- ne - dí - cat \* nos De - us, De - us  
 no - ster, be - ne - dí - cat nos De - us, \* et mé-  
 tu - ant e - um o - mnes fi - nes  
 ter - rae! V. De - us mi - se - re - á - tur  
 no - stri, et be - ne - dí - cat nos De - us! E t mé- tu - ant.

## Lectio II.

**P**ATER est Deus, plenus in se, Fílius plenus Deus, a Patre génitus,  
Spíritus Sanctus plenus Deus, a Patre et Fílio procédens. Non ta-  
men tres deos dícimus, sed unum omnipoténtem, coætérnum, invisí-  
bilem atque incommutáibilem. Tu.

## Responsorium · 2

Be- ne- dí - ctus \* Dó- mi- nus, De - us Is - ra - el,  
 qui fa - cit<sup>20</sup> mi - ra - bí - li - a so - lus,

<sup>20</sup> BNS Kn 1 qui] facis

## DE SANCTA TRINITATE

\* et be - ne - dí - ctum no - - men ma - ie - stá -  
tis e - ius in æ - térr - - num.  
**V.** Re - plé - bi - tur ma- ie - stá - te e - ius o - mnis ter - ra,  
fi - at, fi - at! **E**t be - ne - dí - ctum.

## Lectio III.

**Q**UI totus ubique est Deus totus, ubique est Deus præsens. Non per partes divisis, sed totus in omnibus, non locáliter, sed potentiáliter. Qui sine commutatióne sui mirabilia creávit, et gubernat créata. Semper manens, quod est, cui nihil accidens esse pôterit, quia simplici divinitatis natûræ nihil addi vel minui potest, cui sempiternum est, cui idem est esse, vivere · et intelligere. Tu.

## Responsorium · 3

Quis De- us ma-gnus, \* sic-ut De - us no - - ster?  
\* Tu es De - us, qui fa - - cis mi - ra -  
- - bí - li - a. **V.** No - tam fe - cí - sti in

pó - pu - lis vir - tú- tem tu - am, red - e - mí - sti in bráchi -  
o tu - o pó - pu-lum tu - um. **Tu** es.

**G**ló - ri - a Pa - tri et Fí - li - o et Spi - rí - tu - i  
San - cto. **Tu** es.

### In secundo nocturno

Antiphona · 4e

**T**e in - vo - cá-mus,\* te ad - o - rá-mus, te lau - dá - mus,  
o, be - á - ta Trí - ni - tas. **Ps.** Deus noster refúgium.

Antiphona · 5g

**S**pes no - stra, \* sa - lus no - stra, ho - nor  
no - ster, o, be - á - ta Trí - ni - tas!



Ps. Omnes gentes.

Antiphona · 6f (b)

Lí - be - ra nos, \* sal - va nos, iu - stí - fi - ca nos,  
o, be - á - ta Trí - ni - tas! Ps. Magnus Dóminus.

Versiculus: Benedíctus es, Dómine.

Lectio IV.

**H**ÆC tria unus Deus, et unus Dóminus. Hæc tria idem Deus et Dóminus, vera et sempitérna úntas in substántia, quia una substántia est Pater et Fílius et Spíritus Sanctus. Hæc vero sancta Trí-nitas nihil maius est in tribus persónis, simul nominátis, quam in una quálibet persóna, plena substántia in se. Non tamen tres substántiae, sed unus Deus, una substántia, una poténtia, una esséntia, una ætér-nitas, una magnitúdo, una potéstas, Pater et Fílius et Spíritus Sanctus. Tu.

Responsorium · 4

Ma - gnus \* Dó - mi - nus, et ma - gna<sup>21</sup> vir-tus e -  
- - ius, \* et sa - pi - én - ti - ae e - ius

<sup>21</sup> Ed. 1484 et] magnus


non est nū - me - rus. **V.** Ma-gnus  
Dó - mi - nus, et lau - dá - bi - lis ni - mis, et ma - gni - tú - di -  
nis e - ius non est fi - nis. **Et** sa - pi - én - ti - æ.

## Lectio V.

**N**EC áliud est Pater in natúra, quam Fílius et Spíritus Sanctus, nec áliud Fílius et Spíritus Sanctus, quam Pater in natúra. Sed álius est Pater in persóna, álius Fílius in persóna, álius Spíritus Sanctus in persóna. In Patre manet aetérnitas, in Fílio aequálitas, in Spíritu Sancto aeternitatis aequalitatísque connéxio. Unus Deus omnípotens in substántia et esséntia et omnipoténtia et deitáte. Tu.

## Responsorium · 5


Gló - ri - a Pa - tri \* ge - ni - tae - que Pro - - - li,  
et ti - bi, com - par u - tri - ús - que sem - per,  
Spí - ri - tus al - me: De - us u - nus, \* o - mni  
tém - - - po - re sæ - cu - li! **V.** Da gau-di -



## Lectio VI.

**S**ICUT enim sancta Trinitas inseparabilis est in substântia, ita inseparabilis est in opéribus, quamvis quædam ópera Dei quibúsdam persónis speciáliter convéniant. Sicut persónæ Patris cónvenit illa vox, quæ de cælo sónuit super Christum baptizátum. Et ad Fílli persónam · humanitatis tantúmmodo pértinget suscéptio. Et Spíritus Sancti persónæ · proprie cónvenit illa colúmba, in cuius spécie idem Spíritus Sanctus descéndit super eúndem Fílium Dei, secúndum hóminem baptizátum. Et tamen absque omni dubitatióne illam vocem · per illam colúmbam · in Christi humanité · sancta Trinitas operáta est, cuius ópera inseparabilia sunt. Tu autem.

## Responsorium · 6



én - ni sæ - cu - ló -

rum tém - po - re! **V.** Tri - ni - tá - ti laus<sup>22</sup> per-

én - nis, U - ni - tá - ti sit de - cus pér - pe - tim!

In per - én - ni. **S**ummo

Pa - tri laus et Na - to u - na cum Flá - mi - ne

Al - mo. In per - én - ni.

## In tertio nocturno

Antiphona · 7a

Cá - ri - tas \* Pa - ter est, grá - ti - a Christus, commu-

ni - cá - ti - o Spí - ri - tus Sanctus, o, be - á - ta

<sup>22</sup> Kn 1 Trinitati] lux




Trí - ni - tas! Ps. Cantáte primum.

Antiphona · 8a



Ve - rex est Pa- ter,\* vé- ri - tas Fí - li - us, vé - ri - tas<sup>23</sup>



Spí - ri - tus San - ctus, o, be - á - ta Trí - ni - tas!




Ps. Dóminus regnávit, exsúltet.

Antiphona · 8a



U - na í - gi - tur \* Pa - ter, Lo - gos Pa - rá - cli - tús-que



sub-stan- ti - a est,<sup>24</sup> o, be - á - ta Trí - ni - tas!



Ps. Cantáte secundum.

**Versiculus:** Benedícat nos Deus, Deus noster. **Homelia:** Cum vénerit Paráclitus, quære in dominica post Ascensionem Domini.

<sup>23</sup> Edd. add. veritas] est

<sup>24</sup> Edd. Logos] Paraclitus est Spiritus Sanctus

Responsorium · 4

Te De - um,\* Pa-trem in - gé - ni - tum, te Fí - li - um  
 U - ni - gé - ni - tum, te Spí - ri - tum San - ctum  
 Pa - rá - cli - tum, san - ctam et in - di - ví -  
 du - am Tri - ni - tá - tem to - to cor-de et o - re  
 con - fi - té - mur, lau - dá - mus at - que be - ne -  
 dí - ci - mus,\* ti - bi glo - ri - a in sáe -  
 cu - la! V. Quó - ni - am magnus  
 es tu, et fá - ci - ens mi - ra - bí - li - a, tu es  
 De - us so - lus. Ti - bi.

Responsorium · 7

Summæ Tri - ni - tá - ti, \* sím-pli- ci De - o  
 u - na di - ví - ni - tas, æ - quá - lis gló - ri - a,  
 co - æ - té - r - na ma - ié - stas, Pa - tri  
 Pro - lí - que San - ctó - que Flá - mi - ni, \* qui  
 to-tum sub-bit su - is or - -  
 bem lé - gi - bus. **V.** Præ-stet no - bis grá - ti -  
 am Dé - i - tas<sup>25</sup> be - á - ta, Pa - tris ac Na - ti,  
 pa - ri - té - que Spí - ri - tus al - mi! **Qui**  
 to - tum. **Gló - ri - a** Pa - tri et Fí - li - o et Spi -


<sup>25</sup> Kn 1 gratiam] deitatis




**Responsorium:** Benedicámus Patrem et Fílium, **ut supra.** Te Deum laudámus.

## Ad laudes

**Antiphona · 1g1**



**Antiphona · 2**



<sup>26</sup> BNS at Ed. 1480 add. benedicta] et

## DE SANCTA TRINITATE

Sanctus! **V.** Mi - se - ré - re, mi - se - ré - re, mi - se - ré - re  
no- bis! **Ps.** Iubiláte.

## Antiphona · 3a1

**O**, ve - ra, \* sum-ma, semp-i - té - na Trí - ni - tas:  
Pa - ter et Fí - li - us et Spí - ri - tus Sanctus! **V.** Ti- bi  
laus, ti - bi gló - ri - a, ti - bi gra - ti - á - rum á -  
cti - o. **Ps.** Deus, Deus meus.

## Antiphona · 4e

**O**, ve - ra, \* sum-ma, semp-i - té - na Trí - ni - tas:  
Pa - ter et Fí - li - us et Spí - ri - tus Sanctus! **V.** Mi-se -  
ré - re, mi - se - ré - re, mi - se - ré - re no- bis!



**Canticum:** Benedícite.

**Antiphona · 5a**

Te iu - re laudant, \* te ad - ó - rant, te glo - rí -  
fi - cant omnes cre - a - tú - ræ tu - æ, o, be -  
á - ta Trí - ni - tas! **V.** Ti - bi laus, ti - bi gló - ri - a,  
ti - bi gra - ti - á - rum á - cti - o. **E u o u a e.**

**Capitulum:** O, altitúdo. **Hymnus:** Ecce, iam noctis. **Versiculus:** Sit nomen Dómini be-  
nedictum! Ex hoc.

**Ad Benedictus antiphona · 8g1**

Be - ne - dí - cta sit \* cre- á - trix et gu- ber- ná - trix ó -  
mni- um: san - cta et in - di - ví - du - a Trí - ni - tas,  
et nunc et semper et per in - fi - ní - ta sæ- cu - ló - rum



*Oratio, ut supra.*

## Ad primam

**Hymnus:** Iam lucis. **Antiphona:** Glória tibi, Trínitas. **Psalmus:** Deus, in nómine. **Capitulum:** Regi autem sæculórum. **Responsorium:** Iesu Christe. **V.** Qui sedes ad dexteram. **Versiculus:** Exsúrge, Christe. **Oratio:** Dómine, sancte Pater.

## Ad tertiam

**Antiphona:** Laus et perénnis. **Psalmus:** Legem pone. **Capitulum:** O, altitúdo.

**Responsorium · 6**

Musical notation for the responsory 'Be-ne-di-cá-mus'. It consists of three measures of music in common time with a treble clef. The first measure contains six notes: a quarter note followed by five eighth notes. The second measure contains seven notes: a quarter note followed by six eighth notes. The third measure contains six notes: a quarter note followed by five eighth notes. Below the music, the lyrics are written in black, with red text indicating specific parts: 'Be-ne-di-cá-mus Patrem et Fí-li-um \* cum San-cto Spí-ri-tu! V. Lau-dé-mus et su-per-ex-al-té-mus e-um in sæ-cu-la! Cum San-cto Spí-ri-tu. Gló-ri-a Pa-tri et'.

<sup>27</sup> *Edd. infinita] sæcula sæculorum et add. versum* Gratias tibi Deus gratias tibi vera una Trinitas una et trina Veritas trina et una Unitas.



Fí - li - o   et   Spi- rí - tu - i   San- cto!   Be- ne- di - cá-mus.

**Versiculus:** Benedíctus es, Dómine, in firmaménto. **Oratio, ut supra.**

## Ad sextam

**Antiphona:** Glória laudis. **Psalmus:** Defécit.

### Capitulum

**Q**UIS enim cognóvit sensum Dómini, aut quis consiliárius eius fu-  
it? Aut quis prior dedit illi, et retribuétur ei? Deo.

Responsorium · 6



Be- ne- dí-ctus es, Dó- mi - ne, \* in fir - ma- mén- to cæ - li.



V. Et lau-dá - bi - lis et glo- ri - ó - sus in sáe - cu - la.   In fir-  
ma- mén- to cæ - li.   **G**ló- ri - a Pa- tri et Fí - li - o et Spi-



rá - tu - i   San- cto!   Be- ne- dí- ctus es.

**Versiculus:** Benedícat nos Deus, Deus noster.

## Ad nonam

**Antiphona:** Ex quo ómnia. **Psalmus:** Mirabília testimónia et cetera.

## Capitulum

**Q**UÓNIAM ex ipso et per ipsum et in ipso sunt ómnia, ipsi honor et glória in sácula sæculórum, amen. Deo.

## Responsorium · 6

Be - ne - dí - cat nos De - us, De - us no - ster, \* be - ne - dí - cat  
nos De - us! **V.** Et mé - tu - ant e - um o - mnes fi - nes ter - ræ!  
Be - ne - dí - cat nos De - us! **G**ló - ri - a Pa - tri et Fí - li - o  
et Spi - rí - tu - i San - cto! **B**e - ne - dí - cat nos.

## Versiculus

**V.** Sit nomen Dómini benedictum!

**R.** Ex hoc nunc, et usque in sáculum.

## Ad secundas vespertas

**Antiphona:** Glória tibi, Trinitas. **Psalmus:** Dixit Dóminus cum ceteris per ordinem. **Capitulum:** O, altitudo. **Responsorium:** Summæ Trinitati. **Hymnus:** O, lux beáta, Trinitas. **Versiculus:** Benedicámus Patrem et Fílium. **Ad Magnificat antiphona:** Te iure laudant, ut supra, in laudibus.

## Ad Magnificat antiphona · 4e (MR 8)

Grá - ti - as \* ti - bi, De - us, grá - ti - as ti - bi,

ve - ra, u - na Trí - ni - tas, u - na et semp-i -  
té - na Dé - i - tas, san - cta et u - na U - ni - tas!<sup>28</sup>

E u o u a e.

Oratio, ut supra. Completorium, ut supra, per omnia.

---

## DE CORPORE CHRISTI

ad vesperas

Antiphona · 1d1

Sa - cér - dos in æ - té - num,\* Chri - stus Dó - mi - nus  
se - cún - dum ór - di-nem Mel-chí - se-dech pa - nem et vi -  
num ób - tu - lit. Ps. Dixit Dóminus.

<sup>28</sup> Edd. una et] trina veritas trina et una Unitas

## Antiphona · 2

Mi - se - rá - tor \* Dó - mi - nus e - scam de - dit ti - mén - ti -  
bus se in me - mó - ri - am su - ó - rum mi - ra - bí -  
li - um. **Ps.** Confitébor tibi, Dómine.

## Antiphona · 3f

Cá - li - cem \* sa - lu - tá - ris ac - cí - pi - am, et sa - cri -  
fi - cá - bo hó - sti - am lau - dis. **Ps.** Crédidi, propter.

## Antiphona · 4e

Sic - ut no - vél - læ \* o - li - vá - rum, Ec - clé - si - æ fí -  
li - i sunt in cir - cú - i - tu men - sæ Dó - mi - ni.

**Ps.** Beáti omnes.

## Antiphona · 5a

Qui pa - cem po - nit \* fi - nes Ec - clé - si - æ, fru -  
mén - ti á - di - pe sá - ti - at nos Dó - mi - nus.

**Ps.** Lauda, Ierúsalem, Dóminum.

## Capitulum

**F**RATRES. Ego enim accépi a Dómino, quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus noster, Iesus Christus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, et, grátias agens, fregit et dixit: Accípite et manducáte, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradéetur. Hoc fácite in meam commemoratióñem! Deo.

## Responsorium · 1

Ho - mo \* qui - dam fe - cit ce - nam  
ma - gnam, et mi - sit ser - vum su - um  
ho - ra ce - næ, dí - ce - re in - vi - tá - tis, ut ve -  
ní - rent, \* qui - a pa - rá - ta sunt

## DE CORPORE CHRISTI

ó - - mni - a. V. Ve - ní - te, com -  
 é - di - te pa - nem me - um, et bí -  
 bi - te vi - num, quod mí - scu - i vo - bis!  
 Qui - a. Gló - ri - a Pa - tri et Fí - li - o  
 et Spi - rí - tu - i San - cto! Qui - a.

## Hymnus

Sa-cris soll - é - mni-is iun-cta sint gáu- di - a,  
 et ex præ - cór - di - is so-nent præ - có - ni - a,  
 re - cé - dant vé - te - ra, no - va sint ó - mni - a,  
 cor-da, vo - ces et ó - pe - ra!

**N**octis recólitur cena novíssima,  
qua Christus créditur agnum et ázyma  
dedísse frátribus iuxta legítima,  
priscis indúlta pátribus.

**P**ost agnum týpicum, explétis épulis,  
corpus domínicum datum discípulis,  
sic totum ómnibus, quod totum síngulis,  
eius fatémur máníbus.

**D**edit fragílibus córporis férculum,  
dedit et trístibus ságuinis póculum,  
dicens: accípite, quod trado, vásculum,  
omnes ex eo bíbite!

**S**ic sacrificíum istud instítuit,  
cuius offícium commítti vóluit,  
solis presbýteris, quibus sic cóngruit,  
ut sumant, et dent céteris.

**P**anis angélicus fit panis hóminum,  
dat panis cælicus figúris térmínū,  
o, res mirábilis, mandúcat Dóminum  
pauper servus et húmilis.

**T**e, trina Déitas únaque póstimus,  
sic ut nos vísites, sicut te cólimus,  
per tuas sémitas duc nos, quo téndimus,  
ad lucem, quam inhábitas!



**A - men.**

**Versiculus**

**V.** Panem de cælo præstítisti eis, allelúia.

**R.** Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia.

Ad Magnificat antiphona · 6f (b)

O, \* quam su - á - vis est, Dó - - mi - ne, Spí -  
 ri - tus tu - us, qui, ut dul - cé - di - nem tu - am  
 in ffi - li - os de - mon - strá - res, pa - ne su -  
 a - vís - - si - mo, de cæ - lo præ- stí - to, e - su -  
 ri - én - tes re - plens bo - nis, fa - sti - di - ó - sos<sup>29</sup>  
 dí - vi - - tes di - mít - - tens in - - - á - nes.  
 E u o u a e.

## Oratio

**D**EUS, qui in nobis sub sacraménto mirábili · passiónis tuæ me-  
 móriam reliquísti: tríbue, quásumus, ita nos córporis et sanguini-  
 sis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum · in no-  
 bis iúgiter sentiámus. Qui vivis.

<sup>29</sup> Kn 1 bonis] fastigiosos

## Ad completorium

**Antiphona:** Allelúia. **Psalmus:** Cum invocárem.

### Hymnus



**V**erbum su-pér-num pród-i- ens, nec Pa-tris linquens déx-te-ram,  
 ad o-pus su-um ex - i - ens, ve - nit ad vi - tæ vé- speram.


**I**n mortem a discípulo  
 suis tradéndus áemulis,  
 prius in vitæ férculo ·  
 se trádidit discípulis.

**Q**uibus sub bina spécie ·  
 carnem dedit et ságuinem,  
 ut dúplicis substántiæ  
 totum cibáret hóminem.

**S**e nascens dedit sócium,  
 convéscens in edúlium,  
 se móriens in prétiū,  
 se regnans dat in prae-miū.

**O**, salutáris hóstia,  
 quæ cæli pandis óstium,  
 bella premunt hostília,  
 da robur, fer auxílium!

**U**ni trinóque Dómino ·  
 sit sempitérna glória,  
 qui vitam sine término ·  
 nobis donet in pátria!



A - men.

### Capitulum

**P**ROBET autem seípsum homo, et sic de pane illo edat, et de cálice  
 bibat! Qui enim mandúcat et bibit indígne, iudíciū sibi mandú-  
 cat et bibit, non diiúdicans corpus Dómini. Deo.

### Versiculus

**V.** Pósuit fines tuos pacem, allelúia.  
**R.** Et ádipe fruménti sátiat te, allelúia.

Ad Nunc dimittis antiphona · 5a

Vin - cén - ti \* da - bo man - na abs - cón - di - tum,  
et no - men no - vum, al - le - lú - ia.  
E u o u a e.

## Oratio

**F**AC nos, quásumus, Dómine, divinitátis tuæ sempitérna fruitióne  
repléri, quam pretiósí córporis et sanguinis tui temporális percé-  
ptio præfigúrat.

Deus, qui illúminas.

## Ad matutinum

Invitatorium · 5

Christum re- gem ad - o - ré - mus, do - mi - na - tó - rem<sup>30</sup>  
gén - ti - bus, \* qui se man - du - cán - ti - bus  
dat Spí - ri - tus pin- gué - di - nem! Ps. Veníte.

<sup>30</sup> *Edd. adoremus] dominantem*

## In primo nocturno

Antiphona · 1d1

Fru-ctum sa - lu - tí - fe - rum \* gu - stán - dum de- dit  
Dó - mi - nus mor - tis su - æ tém - po - re.

Ps. Beátus vir.

Antiphona · 2

A fru- ctu \* fru-mén-ti et vi - ni mul- ti - pli - cá - ti  
sunt fi - dé - les, in pa - ce Chri - sti qui- é-scunt.

Ps. Cum invocárem.

Antiphona · 3g1

Commu- ni - ó - ne cá - li - cis, \* quo De - us i - pse  
sú - mi - tur, non vi - tu - ló- rum sán- gi- ne con- gre -



## Versiculus

**V.** Panem cæli dedit eis, allelúia.

**R.** Panem angelórum manducávit homo, allelúia.

## Lectio I.

**I**MMÉNSA divinæ largitatis beneficia, exhibita populo Christiano, inestimabilem ei conferunt dignitatem. Neque enim est, aut fuit aliquando tam grandis natio, quæ habeat deos, appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. Tu.

## Responsorium . 1

Musical notation for the Responsory. The music is divided into five staves, each with a treble clef and a key signature of one sharp. The lyrics are written below the notes. The first four staves are in common time, while the fifth staff begins in common time and ends in 6/8 time.

Im-mo-lá-bit hæ-dum \* mul-ti-tú-do fi-li-ó-rum Is-ra-el ad vé-spe-rum Pa-schæ,  
 \* et e - dent car-nes et á-zy-mos pa-nes. **V.** Pa-scha nostrum im-mo-lá-tus est, Christus, í-ta-que e-pu-lé-mur in á-zymis sin-ce-ri-tá-tis et ve-ri-tá-tis!




## Lectio II.

**U**NIGÉNITUS síquidem Dei Fílius, suæ divinitátis volens nos esse partícipes, natúram nostram assúmpsit, ut hómines deos fáceret, factus homo. Et hoc ínsuper, quod de nostro assúmpsit, totum nobis cóntulit ad salútem. Corpus namque suum pro nostra reconciliatióne in ara Crucis Deo Patri óbtulit hóstiam, sanguinem suum fudit in prétium simul et lavácrum, ut, redémpti a miserábili servítúte, a peccátis ómnibus mundarémur. Tu.

## Responsorium · 2

Com-e - dé - tis \* car - nes, et  
sa - tu - ra - bí - mi - ni pá - ni - bus. \* I - ste  
est pa - nis, quem de- dit vo- bis Dó - mi - nus  
ad ve - scén dum.  
V. Non Mó - y - ses de - dit vo - bis pa - nem de cæ - lo,  
sed Pa - ter me - us dat vo - bis pa - nem de cæ - lo



## Lectio III.

**E**t, ut tanti benefícii iugis in nobis manéret memória, corpus suum in cibum · et sanguinem suum in potum · sub spécie panis et vini suméndum fidélibus derelíquit. O, pretiósum et admirándum convívium salutíferum, et omni suavítáte replétum! Quid enim hoc convívio pretiósius esse potest, in quo non carnes vitulórum et hircórum, ut olim in lege, sed nobis Christus suméndus propónitur, verus Deus? Tu.

## Responsorium · 1

Musical notation for the Responsorium, consisting of six staves of Gregorian chant notation. The lyrics are as follows:

Re-spé-xit \* E-lí-as ad ca-put su-um  
 sub-ci-ne-rí-ci-um pa-nem, qui sur-  
 gens, com-é-dit et bi-bit,\* et am-bu-  
 lá-vit in for-ti-tú-di-ne ci-bi  
 il-lí-us us-que ad mon-tem  
 De-i. **V.** Si quis

man- du - cá - ve - rit ex hoc pa - ne, vi -  
 vet in æ - té - rí - num. Et. Gló - ri - a  
 Pa - tri et Fí - li - o et Spi - rí - tu - i  
 San - cto! Et.

## In secundo nocturno

Antiphona · 4e

Me- mor sit \* Dó-mi-nus sa - cri - fí - ci - i no - stri, et ho -  
 lo - cáustum no - strum pin - gue fi - at!

Ps. Exáudiat te Dóminus.

Antiphona · 5a

Pa - rá - tur \* no - bis men - sa Dó - mi - ni ad - vér -



**Ps.** Dóminus regit me.

**Antiphona · 6f (b)**




**Versiculus:** Cibávit eos.

**Lectio IV.**

**Q**UID hoc sacraménto mirabílius? In ipso namque panis et vinum in corpus Christi et sanguinem substancialiter convertúntur. Ideóque Christus, Deus et homo perféctus, sub módica spécie panis continétur. Tu.

**Responsorium · 4**



da - re car- nem su - am ad man- du - cán - dum?  
**V.** Lo - cú - tus est pó - pu - lus con - tra Dó - mi - num:  
 A - ni - ma no - stra náu - se - at su - per ci - bo i - sto  
 le - ví - si - mo.<sup>31</sup> **Quó-mo-do.**

## Lectio V.

**M**ANDUCÁTUR ítaque a fidélibus, sed mínime lacerátur. Quin im-  
 mo, divíso sacraménto, ínteger sub quálibet divisióni particú-  
 la persevérat. Accidéntia étiam sine subiécto in eódem exsístunt, ut  
 fides locum hábeat, dum visíbile invísibíliter súmitur, aliéna spécie  
 occultátum, et sensus a deceptióne immúnes reddántur, qui de acci-  
 déntibus iúdicant sibi notis. Tu.

## Responsorium · 5

Ce-nán-ti - bus au - tem, \* ac - cé - pit Ie - sus pa - nem,  
 et be - ne - dí - xit, ac fre - git, de - dít - que  
 di - scí - pu - lis su - is, et a - it: \* Ac - cí - pi - te

<sup>31</sup> Ed. 1484 cibo] lenissimo

et com - é - di - te, hoc est  
cor - pus me- um! **V.** Di- xé - runt vi - ri ta-ber-  
ná - cu - li me - i: Quis det de cár - ni - bus e - ius,  
ut sa - tu - ré- mur? **A**c - cí - pi - te.

## Lectio VI.

**N**ULLUM étiam sacraméntum est isto salúbrius, quo purgántur peccáta, virtútes augéntur, et mens ómnium spirituálium charísmatum abundántia impinguátur. Offértur in Ecclésia pro vivis et mórtuis, ut ómnibus prosit, quod est pro salúte ómnium institútum. Tu.

## Responsorium · 6

**A**c - cé - pit Ie - sus cá - li - cem, post-quam  
ce - ná - vit, di - cens: Hic ca - lix no - vum te -  
sta - mén-tum est in me - o sán - guí - ne. \* Hoc fá -  
ci - te in me - am comme - mo - ra -

ti - ó - nem! **V.** Me-mó - ri - a  
 me - mor e - ro, et ta - bé - scet in me á - ni -  
 ma me - a. **Hoc** fá - ci - te. **Gló - ri - a**  
 Pa - tri et Fí - li - o et Spi - rí - tu - i  
 San - cto! **Hoc** fá - ci - te.

**In tertio nocturno**

Antiphona . 7a

In - tro - í - bo \* ad al - tá - re De - i, su - mam Christum,  
 qui ré - no - vat iu - ven - tú - tem me-am.

Ps. Iúdica me, Deus, et discérne.

Antiphona · 8g1

Ci - bá - vit nos Dó-mi-nus \* ex á - di - pe fru -  
mén- ti, et de pe - tra mel - le sa - tu - rá -  
vit nos. Ps. Exsultáte Deo.

Antiphona · 6f (b)

Ex al - tá - ri tu - o, \* Dó - mi - ne, Christum sú -  
mi-mus, in quem cor et ca - ro no - stra ex - súl - tant.

Ps. Quam dilécta.

Versiculus: Edúcans panem et cetera.

Secundum Ioannem

**I**N illo tempore. Dixit Iesus discípulis suis et turbis Iudæórum: Ca -  
ro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Et réliqua.

Homélia beáti Augustíni epíscopi.

Lectio VII.

**C**UM enim cibo et potu id áppetant hómines, ut non esúriant, ne -  
que sítiant, hoc vere non præstat, nisi iste cibus et potus, qui  
eos, a quibus súmitur, immortáles et incorruptíbiles facit, id est ipsa  
socíetas sanctórum, ubi pax erit, et únitas plena atque perfécta. Tu.

## Responsorium · 1

Qui man - dū - cat \* car- nem me - am,<sup>32</sup>  
 et bi - bit me - um sán - gui-nem, in me  
 ma- net, \* et e - go in  
 e - o. **V.** Non est á - li - a ná - ti - o tam  
 gran-dis, quæ há - be - at de - os, ap- propinquán-tes  
 si - bi, sic - ut De - us no-ster ad - est no - bis<sup>33</sup>.  
**Et** e - go.

## Lectio VIII.

**P**ROPTÉREA quippe, sicut ante nos intellexérunt hoc hómines Dei: Dóminus noster, Iesus Chistus corpus suum et ságuinem in eis rebus commendávit, quæ ad unum áliquid redigúntur. Ex multis namque granis unus panis confícitur, et ex multis racémis vinum cónfluit. Tu.

<sup>32</sup> Kn 1 manducat] meam carnem

<sup>33</sup> Edd. sicut] adest nobis Deus noster

Responsorium · 8

Mi - sit me \* Pa - ter vi - vens, et e - go  
 vi - vo propter Pa - trem. \* Et qui mandú - cat me,  
 vi - - vet pro - - -  
 pter me. V. Ci - bá - bit e - um Dó - mi - nus pa - ne  
 vi - tæ et in - tel - lé - ctus. Et qui.

## Lectio IX.

**D**ÉNIQUE iam expónit, quómodo id fiat, quod lóquitur, et quid sit manducáre corpus eius, et sanguinem bíbere. *Qui mandúcat*, inquit, *meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo.* Hoc est ergo manducáre illam escam, et illum bíbere potum: in Christo manére, et illum manéntem in se habére. Ac per hoc, qui non manet in Christo, et in quo non manet Christus, procul dúbio non mandúcat spirituáliter eius carnem, licet carnáliter et visibíliter premat déntibus sacraménta córporis et sanguinis Christi, sed magis tantæ rei sacraméntum ad iudícium sibi mandúcat et bibit, qui immúndus præsúmit ad Christi accédere sacraménta, quæ álius non digne sumit, nisi qui mundus est. De quibus dícitur: Beáti mundo corde, quóniam ipsi Deum vidébunt. Tu.

## Responsorium · 1

U - nus pa - nis \* et u - num cor - pus  
 su - mus o - mnes, qui de u - no  
 pa - ne \* et de u - no cá - li - ce  
 \*\* par ti - ci - pá - mus.

V. Pa - rá - sti in dul - cé - di - ne tu - a páu- pe - ri,  
 De - us, qui ha - bi - tá - re fa - cis un - á - ni - mes  
 in do - mo. Et de u - no. Gló - ri - a

Pa - tri et Fí - li - o et Spi - rí - tu - i San -  
 cto. **Participámus.**

Te Deum laudámus.

**Ad laudes**

Antiphona · 1d1

Sa - pi - én - ti - a \* æ - di - fi - cá - vit si - bi  
do - mum, mí - scu - it vi - num, et pó - su - it men - sam,  
al - le - lú - ia. Ps. Dóminus regnávit.

Antiphona · 2

An - ge - ló - rum e - sca \* nu - tri - ví - sti pó - pu - lum  
tu - um, et pa - nem de cæ - lo præ-sti - tí - sti  
e - is, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Antiphona · 3a1

Pin-guis \* est pa - nis Christi, et præ - bé - bit de - líci - as ré - gi - bus, al - le - lú - ia. E u o u a e.

## Antiphona · 5a

Sa - cer- dó - tes san - cti \* in - cén-sum et pa - nes  
óf - fe - runt De - o, al - le - lú - ia.  
E u o u a e.

## Antiphona · 5a

Vin - cén - ti \* da - bo man - na abs - cón - di - tum,  
et no - men no - vum, al - le - lú - ia.  
E u o u a e.

**Capitulum:** Fratres. Ego enim accépi a Dómino **et cetera, ut supra.**

## Hymnus

Pan-ge, lin-gua, glo- ri - ó - si cór-po- ris my- sté- ri - um,  
san-gui-nís-que pre - ti - ó - si, quem in mun-di pré - ti - um



fructus ventris ge - ne - ró - si rex ef - fú - dit gén - ti - um.

Nobis natus, nobis datus,  
ex intácta Virgine,  
et in mundo conversátus,  
sparso verbi sémine,  
sui moras incolátus  
miro clausit órdine.

In suprémae nocte cenæ,  
recúmbens cum frátribus,  
observáta lege plene  
cibis in legálibus,  
cibum turbæ duodénæ .  
se dat suis mániibus.

Verbum caro panem verum  
verbo carnem éfficit,  
fitque sanguis Christi merum,  
et, si sensus déficit,  
ad firmándum cor sincérum,  
sola fides súfficit.

Tantum ergo sacraméntum  
venerémur cérnui,  
et antíquum documéntum .  
novo cedat rítui;  
præstet fides suppléméntum  
sénsuum deféctui!

Genitóri, Genítóque .  
laus et iubilátio,  
honor, virtus et potéstas .  
sit, et benedíctio,  
Procedénti ab utróque .  
compar sit laudátio!




A - men.

**Versiculus:** Pósuit fines tuos, *ut supra*.

Ad Benedictus antiphona · 1d1

E - go sum \* pa - nis vi - vus, qui de cæ - lo  
de - scén-di, si quis man-du-cá - ve - rit ex  
hoc pa - ne, vi - - vet in æ - térit - num,



**Oratio:** Deus, qui nobis.

## Ad primam

**Antiphona:** Sapiéntia aëdificávit. **Psalmus:** Deus, in nómine. **Capitulum:** Probet autem seípsum, *ut supra*. **Responsorium:** Iesu Christe, Fili **cum** allelúia. **V.** Qui sedes. **Versiculus:** Pósuit fines. **Oratio:** Fac nos, quásumus. Dómine, sancte Pater.

## Ad tertiam

**Antiphona:** Angelórum esca. **Psalmus:** Legem pone. **Capitulum:** Fratres. Ego enim accepi.

**Responsorium · 6**

Musical notation for the Responsory. It consists of three staves of music. The first staff contains the lyrics "Panem cæ - li de - dit e - is, \* al - le - lú - ia, al - le - lú - ia." The second staff begins with "V. Pa-nem an- ge - ló-rum mandu-cá- vit ho-mo. Al - le - lú - ia," followed by "al - le - lú - ia." The third staff concludes with "Gló - ri - a Pa - tri et Fí - li - o et Spi - rí - tu - i San- cto! Panem cæ - li."

## Ad sextam

**Antiphona:** Pinguis est. **Psalmus:** Defécit.

**Capitulum**

**Q**UOTIESCÚMQUE manducábitis panem hunc, et cálicem bibétis,  
mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat. Deo.

**Responsorium · 6**

Ci - bá- vit e - os ex á - di - pe fru-mén-ti, \* al - le - lú - ia,  
 al - le - lú - ia. **V.** Et de pe- tra mel-le sa- tu - rá- vit e - os.  
**A**l - le - lú - ia, al - le - lú - ia. **G**ló- ri - a Pa - tri et Fí -  
 li - o et Spi- rí - tu - i San - cto! **C**i - bá- vit e - os.

**Versiculus:** Edúcas panem de.

## Ad nonam

**Antiphona:** Vincénti. **Psalmus:** Mirabília.

**Capitulum**

**I**TAQUE quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem  
Dómini indígne, reus erit córporis et sanguinis Dómini. Deo.

Responsorium · 6

E - dú - cas pa - nem de ter - ra, \* al - le - lú - ia, al - le - lú - ia.  
 V. Et vi - num læ - tí - fi - cet cor hó - mi - nis. Al - le - lú - ia,  
 al - le - lú - ia. Gló - ri - a Pa - tri et Fí - li - o et Spi - rí -  
 tu - i San - cto! E - dú - cas pa - nem.

Versiculus: Pósuit fines.

## Ad secundas vespertas

**Antiphona:** Sapiéntia ædificávit. **Psalmus:** Dixit Dóminus. **Antiphona:** Angelórum. **Psalmus:** Confitébor. **Antiphona:** Pinguis est. **Psalmus:** Crédidi. **Antiphona:** Sacerdótes. **Psalmus:** Beáti omnes. **Antiphona:** Vincénti. **Psalmus:** Lauda, Ierúsalem. **Capitulum:** Fratres. Ego enim accépi a Dómino *et cetera*.

Responsorium · 1

Ca - ro me - a \* ve - re est ci - bus, et san - guis  
 me - us po - - tus<sup>34</sup>. \* Qui man-dú - cat ex hoc

<sup>34</sup> *Edd. meus]* vere est potus

pa - ne, vi - vet in æ - tér - num. **V.** Di - xit  
 le - sus tur - bis Iu - dæ - ó - rum: E - go sum pa - nis  
 vi - vus, qui de cæ - lo de - scén - di.  
 Qui man- dú - cat. **Gló - ri - a Pa - tri et**  
 Fí - li - o et Spi - rí - tu - i San - cto!  
**Qui man- dú - cat.**

Hymnus: Sacris sollémniis. Versiculus: Panem de cælo, ut supra.

Ad Magnificat antiphona · 5a

O, sa - crum \* con-ví - vi - um, in quo Chri-stus sú -  
 mi-tur: re - có - li - tur me - mó - ri - a pas - si -  
 ó - nis e - ius, mens im - plé - tur grá - ti - a,



Cetera, ut supra.

---

## LECTIONES PER OCTAVAM

### FERIA SEXTA

Lectio I.

**U**RBÁNUS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus: archiepiscopis, et eorundem suffraganeis. Salutem et apostolicam benedictionem. Transiturus de mundo ad Patrem, Salvator noster, Dominus Iesus Christus, cum tempus passionis suae instaret, sumpta cena in memoriam mortis eius, instituit summum et magnificum sui corporis et sanguinis sacramentum, corpus suum in cibum, et sanguinem in potum tribuendo. Tu.

Lectio II.

**N**AM, quotiescumque panem hunc manducamus, et calicem bibimus, mortem Domini nuntiamus. In institutione quidem huius salutiferi sacramenti dixit ipse apostolis: Hoc facite in meam commemorationem! Ut praecipuum in corpore · et in sanguine memoriale sui amoris eximi, quo nos dilexit, esset nobis praecelsum · et venerabile sacramentum. Tu.

## Lectio III.

**M**EMORIÁLE, inquam, miráble ac stupéndum, delectábile · ac su-áve, caríssimum et super ómnia pretiósum, in quo innováta sunt signa, et mirabília immutáta, in quo habétur omne delectamén-tum, et omnis sapóris suávitás, ípsaque dulcédo Dómini degustátur, in quo útique vitæ suffrágia conséquimur et salútis. Tu.

## Lectio IV.

**H**OC est memoriále dulcíssimum, memoriále sanctíssimum, me-moriále salutiferum, in quo gratam redemptiōnis nostræ recen-sémus memóriam. In quo a malo tráhimur, confortámur in bono, ad virtútum et gratiárum profícimus increménta, et in quo profécto refí-cimur ipsíus corporáli præséntia Salvatóris. Tu.

## Lectio V.

**A**LIÓRUM namque, quorum memóriam ágimus, spíritu ménteque compléctimur, sed non propter hoc reálem ipsórum præséntiam obtinémus. In hac vero sacramentáli Christi commemoratióne · ipse Christus præsens corporáliter et veráciter est nobíscum. Tu.

## Lectio VI.

**A**SCENSÚRUS enim in cælum, dixit apóstolis, eorúmque sequáci-bus: Ecce, ego vobíscum sum ómnibus diébus · usque ad consummatiōnem sǽculi. Beníigna eos promissiōne confórtans, quod remanéret, et esset cum eis étiam per præséntiam corporálem. Tu.

---

## SABBATO

## Lectio I.

**O**digna, et numquam prætermitténda memória, qua mortem no-stram recólimus mórtuam, nostrúmque intéritum vitæ óbitu interísse, ac lignum vivíficum, ligno mortis affíxum, fructum nobis attulísse salútis! Tu.

## Lectio II.

**H**ÆC est commemoratió gloriósa, quæ fidélium ánimos replet gáu-dio salutári, et cum infusiōne lætítiæ devotíonis lácrimas sub-minístrat. Exsultámus nimírum, nostram liberatiōnem rememorán-

do, et, recoléndo passiónem domínicam, per quam liberáti sumus, vix lácrimas continémus. Tu.

*Lectio III.*

**I**N hac ígitur sacratíssima commemoratione assunt nobis suáviter gáudium simul et lácrimæ, quia in ea et gaudémus pie lacrimántes, et lacrimámur devóte gaudéntes, lætas habéndo lácrimas, et lætítiām lacrimántem. Nam et cor, ingénti perfúsum gáudio, dulces per óculos stillat guttas. Tu.

*Lectio IV.*

**O** divíni amórīs imménsitas, divínæ pietátis superabundántia, dívínæ largítatís affluéntia! Dedit enim Dóminus sua nobis, quia subiécit ómnia sub péribus nostris, et super univérsas terræ creatúras cónculit nobis domínium et principátum. Tu autem.

*Lectio V.*

**E**x ministérii étiam spirítuum supernórum · nobilitat et sublímat hóminis dignitatē. Administratórii namque sunt omnes in ministérium propter eos, qui hereditatē salútis cápiunt destinati, et, cum tam copiosa fúerit erga nos eius munificéntia ... Tu autem.

*Lectio VI.*

**V**OLENS adhuc ipse in nobis suam exuberántem caritátem præcípua liberalitatē monstráre, semetípsum nobis exhíbuit, et transcéndens omnem plenitúdinem largítatís, omne modum dilectionis excéllens, tríbuit se nobis in cibum. Tu.

## DIE DOMINICO

*Lectio I.*

**Q**UAM singuláris et admiránda liberálitas, ubi donátor venit in domum, et datum est ei idem pénitus cum datóre! O, quam larga et pródiga lárgitas, cum tríbuit seípsum, et, sic largiéndo, superabúndat afféctio, quæ, amplis<sup>35</sup> rerum sparsa donáriis, in largitiónen ínsuper

<sup>35</sup> *Edd. quæ] amplius*

effúnderet largítoris, tanto plénius adimpléta, quanto copíosius est effúsa. Tu.

**Lectio II.**

**D**EDIT ergo se nobis Salvátor in pábulum, ut, quia per cibum homo in mortem corrúerat, per cibum ipse relevarétur ad vitam. Cécidit homo per cibum ligni mortíferi, relevátus est homo per cibum ligni vitális. Tu.

**Lectio III.**

**I**N illo pepéndit esca mortis, pepéndit in isto vitæ aliméntum. Illíus Iesús íntulit laésionem, istíus gustus áttulit sanitátem. Gustus sauciávit, gustus curávit, unde vulnus est ortum, pródiit et medéla, et unde mors súbiit, exínde vita venit. Tu.

**Lectio IV.**

**D**E illo síquidem gustu dícitur: Quocúmque die comedéritis, moríte moriémini. De isto autem dícitur: Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in æténum. Tu.

**Lectio V.**

**H**IC est cibus, qui plene réficit, vere nutrit, summéque impínguat non corpus, sed cor, non carnem, sed ánimam, non ventrem, sed mentem. Tu autem.

**Lectio VI.**

**H**ÓMINI ergo, quia spirituáli alimónia indigébat, Salvátor ipse misericors de nobilióri et potiórí huiúsmodi aliménto · pro ánimæ refectiōne · pia dispensatiōne provídit. Tu.

---

## FERIA SECUNDA

**Lectio I.**

**C**ONCÉDENS quoque caritátis liberálitas éxstitit · et convéniens operátio pietátis, ut Dei verbum æténum, quod rationális creatúræ cibus est et reféctio factum, caro rationábili creatúræ, carni et córpori coniúnctum, hómini vidélicet in edúlium largirétur. Tu autem.

**Lectio II.**

**P**ANEM enim angelórum manducávit homo. Et ídeo Salvátor ipse  
ait: Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Hic  
cibus súmitur, sed non consúmitur; manducátur, sed non transmutá-  
tur, quia in edéntem mímine transformátur, sed, si digne recipítur,  
ad ipsum recipiens conformátur. Tu.

**Lectio III.**

**E**XCELLENTISSIMUM sacraméntum, adorándum, coléndum, glorifi-  
candum, amándum · et amplecténdum, præcipuis láudibus mag-  
nificándum, summis præcóniis exaltándum, cunctis stúdiis hono-  
rándum, devótis obséquiis prosequéndum, et sincéris méntibus reti-  
néndum! Tu.

**Lectio IV.**

**O**memoriále nobilíssimum, íntimis præcórдиis commendándum,  
firmiter ánimo alligándum, diligénter in corde nostro reserván-  
dum · et meditatióne ac celebratióne sédula recenséndum! Tu autem.

**Lectio V.**

**H**UIUS memoriális matutinális contínuam debémus celebráre me-  
móriam, ut illíus, cuius ipsum fore memoriále vere cognósci-  
mus, semper mémores exsistámus, quia, cuius munus vel donum  
frequéntius aspícitur, hoc in ventre memóriae stríctius retinétur. Tu.

**Lectio VI.**

**L**ICET ígitur hoc memoriále sacraméntum in cottidiánis missárum  
sollémniis frequénter fiat, convéniens tamen arbitrátum et di-  
gnum, ut de ipso semel saltem in anno, ad confundéndam speciáliter  
hæreticórum perfídiam et insániam, memória celebrior et sollémnior  
habeátur. Tu.

---

**FERIA TERTIA****Lectio I.**

**I**N die namque Cenæ Dómini, quo die ipse Christus instituit hoc sa-  
craméntum, universális Ecclésia, pro pæniténtium reconciliatióne,  
saci confectióne chrísmatis, adimpleteiónē mandáti circa lotiōnem

pedum · et áliis plúrimum occupáta, plene vacáre non possit celebri-táti huius máximi sacraménti. Tu.

*Lectio II.*

**H**OC enim circa sanctos, quos per anni círculum venerámur, ipsa obsérvat Ecclésia, ut, quamvis in litániis et in missis et in áliis étiam ipsórum memória sáepius renovétur ... Tu.

*Lectio III.*

**N**ÍHILO minus tamen eórum natalícia certis diébus per annum sollémniter récolat Ecclésia, propter hoc eísdem spirituália cele-brándo. Tamen, quia circa huius sollempnitátis débitum · áliquid a fidélibus per negligéntiam vel rerum sæculárium occupatióнем · aut álias ex humána fragilitáte omíttitur ... Tu.

*Lectio IV.*

**S**TÁTUIT ipsa Ecclésia certam diem, in qua generális ómnium sanctórum commemoratió fieret, ut in hac ipsa celebritáte commúni, quicquid in própriis eórum festivitatibus omíssum exsísteret, solve-rétur. Tu autem.

*Lectio V.*

**P**OTÍSSIME ígitur, ad exsequéndum erga hoc miríficum sacramén-tum cóporis et sanguinis Iesu Christi, qui est ómnium sanctórum glória et coróna, ut festivitaté ac celebritáte præfúlgeat speciáli ... Tu.

*Lectio VI.*

**Q**UÁTENUS, quod in áliis missárum sollempnitáibus est fórsitan præ-termíssum, devóta diligéntia súppleat, et fidéles, sollempnitáte ipsa instánte, intra se prætérita memorántes, áliquid in ipsis missárum sollémniis, sæculáribus fórsitan agéndis implicáti, aut álias minus plene gessérunt, tunc atténte in humilitáte spíritus et ánimi puritáte restáurent.

---

## FERIA QUARTA

### Lectio I.

**I**NTELLÉXIMUS olim, dum in minóri essémus offício constitúti, quod fúerat quibúsdam cathólicis viris divínitus revelátum, festum huius escæ generáliter in Ecclésia celebrándum. Tu.

### Lectio II.

**N**os ítaque ad corroboratióinem et exaltatióinem cathólicæ fídei digne ac rationabíliter dúximus statuéndum, ut de tanto sacra-ménto præter cottidiánam commemoratiónen, quam de ipso fásimus, speciálior et sollémnior annuátim memória celebrétur. Tu autem.

### Lectio III.

**C**ERTUM ad hoc designántes et describéntes diem, vidélicet fériam quintam próximam · post domínicam, quæ est post festum Pen-tecóstén, primo sequéntem, ut in ipsa quinta féria devótæ turbæ fidé-lium · propter hoc affectuóse ad Ecclésiam concúrrant, et tunc cleri et pòpuli, páriter congaudéntes, in cántica laudis surgant. Tu.

### Lectio IV.

**T**UNC ómnium corda et vota, ora et lábia · hymnos résonent lætí-tiæ salutáris! Tunc psallat fides, spes tripúdiet, exsúltet cáritas, devótio plaudat, iúbilet púritas, et sincéritas iucundétur! Tu.

### Lectio V.

**T**UNC sínguli álacri ánimo, promptáque voluntáte convéniant, sua stúdia laudabíliter exsequéntes, et tanti festi sollémnia celebrán-tes! Tu.

### Lectio VI.

**E**t, ut étiam ad Christi servítium eius fidéles sic ardor dilectionis inflámmet, ut, per hoc et ália proficiéntes, ipsíus adiutorío, qui se pro illis dedit in prétium, tribuítque se illis in pábulum, tandem post huius [vitæ] decúrsum · eis se in præmíum largiátur ... Tu.

---

## IN OCTAVA

### Lectio I.

**I**DEÓQUE universitátem vestram monémus, et hortámur in Dómino · sic per apostólica vobis scripta, in virtúte oboediéntiae distrícta præcipiendo, mandámus, in remissióne peccáminum vestrórum iniungéntes ... Tu.

### Lectio II.

**Q**UÁTENUS tam excélsum, tamque gloriósum festum prædícta fériam quinta singulis annis cum novem lectiónibus, cum responsóriis, versículis · et antiphónis, hymnis et oratióni bus, ipsi festo speciáliter congruéntibus, quæ cum proprio missæ offício · vobis sub bulla nostra míttimus interclúsa, devotíssime ac sollemníssime celebréti · et faciátis per univérsas ecclésias vestrárum civitátum · et dioecésum studiosíssime celebrári ... Tu.

### Lectio III.

**S**UBDITÓSQUE vestros in præfáta domínica, ad dictam quintam fériam próxime præcedéntem, salutáribus móntis sollícite per vos et per álios exhortántes, ut per veram et puram confessiónem, eleemosynárum largitióne m, atténtas et sédulas oratiónes · ac ália devotiónis et pietátis ópera · táliter se stúdeant præparáre, quod huius pretiosíssimi sacraménti, Deo largiénte, mereántur fieri partícipes, et virtútum ipsíus augmémentum cónsequi gratiárum. Tu.

### Lectio IV.

**V**OS autem, Christifidéles, ad coléndum et celebrándum venerabíliter tantum festum, donis voléntes spirituálibus animáre, vere pæniténtibus et conféssis, qui matutináli offício festi eiúsdem in ecclésia, in qua illud celebrátur, interfúerint, dies centum, qui vero missæ, tótidem, qui autem in primis vésperis ipsíus festi interfúerint, similiter centum ... Tu.

### Lectio V.

**Q**UI vero in secúndis, tótidem, illis quoque, qui primæ, tértiæ, sextæ, nonæ · ac completórii offíciis interfúerint, pro quálibet horárum ipsárum, quadragínta ... Tu.

### Lectio VI.

**H**IS autem, qui per octávas ipsíus festi · matutinálibus, vespertinis, missæ · ac prædictárum horárum interfúerint offíciis, cen-

tum dies sínkulí octavárum ipsárum diébus, de omnipoténtis Dei misericórdia · et beatórum Petri et Pauli apostolórum auctoritáte confisi, de iniúctis sibi pæniténtiis misericórditer relaxámus. Tu autem.

---

## [OFFICIUM ANTIQUIUS CORPORIS CHRISTI]<sup>36</sup>

[In primis vesperis]

Antiphona · 6f (b)

Antiphona · 6f (b)

Sa - pi - én - ti - a \* æ - di - fi - cá - vit

si - bi do - mum, ex - cí - dit co - - lú-mnas

se - ptem, im - mo - lá - vit ví - cti - mas

su - as, mí - scu - it vi - num, et pó - su - it

men - sam su - am. Ps. Dixit Dóminus Dómino.

<sup>36</sup> Hoc officium antiquius in BNS tantum invenitur, quod non multo post promulgationem ipsius festi descriptum est, et eius cantus tamquam adhuc novos et haud assimilatos de fonte quodam monastico, duodecim responsoria habenti, traxit. Appendix sequens tantum ad cantus et versiculos pertinet, alia omnia abbreviantur. Hymni in fine non continentur in hoc volumine, sed suspensunt in fragmentis, quæ de supplemento proprii sanctorum eiusdem breviarii remanserunt.

Antiphona · 8g1

Mel - chí - se-dech, \* rex Sa - lem, pró - fe - rens pa - nem et  
 vi - num, e - rat e - nim sa - cér-dos De - i sum-mus,  
 be - ne - dí - xit A - bra-hæ, et a - it: Be - ne - dí - ctus  
 A - bra-ham De - o ex - cél - so, qui cre - á - vit  
 cæ - lum et ter-ram. **Ps.** Confitébor.

Antiphona · 8g1

Im-mo - lá - bit \* hæ-dum u - ni - vér - sa mul - ti - tú - do  
 fi - li - ó - rum Is - ra - el, et su - ment de sán - gui - ne  
 e - ius, ac po - nent su - per u - trúmque po-stem  
 et in su - per - li - mi - ná - ri - bus do - mó - rum, in qui-



bus cóm - e - dent il - lum. Ps. Crédidi propter.

## Antiphona · 4d

Musical notation for the second part of the antiphon, featuring a single melodic line in G clef on four staves. The lyrics begin with "Et e - dent car - nes \* no- cte il - la as - sas i - gni".

Et e - dent car - nes \* no- cte il - la as - sas i - gni  
et á - zy-mos pa - nes cum la - ctú - cis a - gré - sti - bus.  
Non com - e - dé - tis ex e - o cru-dum quid, nec co - ctum  
a - qua, sed as - sum tan- tum i - gni. Ps. Beáti omnes.

## Antiphona · 1g1

Musical notation for the third part of the antiphon, featuring a single melodic line in G clef on four staves. The lyrics begin with "Plu - it il - lis man - na\* ad mandu - cán - dum, et".

Plu - it il - lis man - na\* ad mandu - cán - dum, et  
pa-nem cæ - li de - dit e - is. Pa-nem an - ge - ló - rum  
man-du - cá - vit ho - mo, ci - bá - ri - a mi - sit



**Capitulum:** Dóminus Jesus ... in meam commemorationem. **Responsorium:** Cumque operuísset. **Hymnus:** Pange, lingua ... compar sit laudatio.

**Versiculus**

- V.** Asser pinguis panis eius, allelúia.  
**R.** Et præbébit delícias régibus, allelúia.

**Antiphona · 6f (b)**

An - ge - ló - rum e - sca \* nu - tri - ví - sti  
pó - pu - lum tu - um, et pa - rá - tum pa - nem  
de cæ - lo præ - sti - tí - sti il - lis si - ne la -  
bó - re, o - mne de - le - cta - mén - tum in se ha -  
béntem et o - mnis sa - pó - ris su - a - vi - tá - tem.  
Sub - stán - ti - am e - nim tu - am et dul - cé - di - nem tu - am,

quam in fí - li - os ha - bes, o - sten - dé - bas.  
E u o u a e.

**Collecta:** Deus, qui nobis ... iúgiter sentiámus.

### In matutinis

**Invitatorium · 4/III.**


Ve - ní - te, com - é - di - te pa - nem me - um,\* et bí -  
bi - te vi - num, quod mí - scu - i vo - bis!

**Veníte.**

**Hymnus:** Sacris sollénniis ... quam inhábitas.

**Antiphona · 1g1**

Num-quid pót - e - rit De-us \* pa - rá - re men - sam in  
de - sér - to, num-quid et pa - nem pót - e - rit da - re,



Ps. Consérva me.

Antiphona · 1g1

Musical notation for the full antiphon, consisting of four staves of music in G clef. The lyrics are:

Pa - rá - sti \* in con- spé - ctu me - o men-sam ad - vér - sus  
e - os, qui trí - bu- lant me, im-pin-guá- sti in ó -  
le - o ca- put me - um, et ca - lix me - us in - é -  
bri- ans quam præ-clá- rus est! Ps. Exaudiat te Dominus.

Antiphona · 1g1

Musical notation for the second part of the antiphon, featuring a single melodic line in G clef. The lyrics are:

De fru- ctu \* ó - pe- rum tu - ó - rum sa - ti - á - bi - tur  
ter- ra, ut e - dú - cas pa-nem de ter - ra, et  
ví - num læ - tí - fi - cet cor hó - mi - nis, ut ex -

hí - la - ret fá - ci - em in ó - le - o, et pa -  
nis cor hó - mi - nis con - fir - met. **Ps.** Deus, Deus meus,  
[réspice.]

## Versiculus

**V.** Petierunt, et venit cotúrnix, allelúa.

**R.** Et pane cæli saturávit eos, allelúa.

**Lectio prima:** Dóminus Iesus ad invisibília ... quia corpus Christi est.

## Responsorium . 7

Ce-nán- ti - bus \* di - scí - pu - lis, ac - cé - pit Ie -  
sus pa - nem, et be - ne - dí - xit, ac fre - git,  
de - dít- que il - lis, et a - it: Ac - cí - pi - te,  
et com - é - di - te, hoc est cor - pus  
me - um! Et, ac - cí - pi - ens cá - li - cem,  
grá - ti - as e - git, et de - dit il - lis, di - cens:

\* Bí - bi - te      ex hoc, o - mnes      vos!

V. Hic est sanguis me - us, no - vi te - sta - mén - ti,  
qui pro mul-tis ef-fun-dé-tur in re-mis-si - ó - ne  
pec - ca - - tó - - rum.      Bí - bi - te.

**Lectio secunda:** Consídera, utrum præstántior ... non habébat natúra?

Responsorium · 6

Ac - cé - pto pa- ne, \* grá - ti - as e - - git Ie - sus, et  
fre - git, et de - dit di - scí - pu - lis su - is,  
di - cens: Hoc est cor - pus me - um, quod pro  
vo - bis tra - - dé - tur, \* hoc fá - ci - - te  
in me - am comme - mo - ra - ti - - 6 - nem!

V. Si - mí - li - ter et cá - li - cem, postquam ce - ná - vit,  
di-cens: Hic est ca - lix no - vi te - sta-mén-ti in  
me - o sán- guí-ne, qui pro vo - bis fun - dé - tur.  
  
Hoc fá - ci - te.

*Lectio tertia:* Marath flúvius amaríssimus ... afféctus séntiat.

Responsorium · 7

Man-du - cán - ti - bus \* di - scí - pu - lis, ac - cé - pit  
Ie - sus pa - nem, et be - ne - dí - cens fre - git,  
et de - dit il - lis, et a - it: Sú - mi - te, hoc est  
cor - pus me - um! Et, ac - cé - pto cá -  
li - ce, grá - ti - as a-gens, de - dit il - lis, \* et bi -

bé - runt ex e - o o - mnes. **V.** Et a -  
 it il - lis: Hic est sanguis me - us, no - vi te - sta -  
 mén - ti, qui pro mul-tis ef - fun - dé - tur.  
**E**t bi - bé - runt.

### In secundo nocturno

Antiphona · 8g1

Fa - ci - es<sup>37</sup> \* mensam de li - gnis se- tim, et in- au - rá - bis  
 e - am au - ro pu - rís - si- mo, et po-nes su- per e - am  
 pa-nes pro-po - si - ti - ó - nis in con-spé-ctu me - o semper.

**Ps.** Dóminus regit.

<sup>37</sup> BNS nocturno] Faciens

## Antiphona · 6f (b)

Sa - cer - dó - tes \* san - cti e - runt De - o su - o, et non  
 pól - lu - ent no - men e - ius, in - cé - nsum e - nim Dó -  
 mi - ni et pa - nes De - o óf - fe - runt, et íd - e - o  
 san - cti e - runt. Ps. Benedícam.

## Antiphona · 3a2

Fá - ci - et Dó - mi - nus \* ex - er - cí - tuum ó - mni - bus  
 pó - pu - lis in mon - te Si - on con - ví - vi - um pín -  
 gu - um, con - ví - vi - um vin - dé - mi - æ, pín - gui - um me -  
 dul - la - tó - rum, vin - dé - mi - æ de - fæ - cá - tæ.  
 Ps. Iúdica me, Deus.

## Versiculus

**V.** Cibávit illos ex ádipe fruménti allelúia.

**R.** Et de petra melle saturávit [eos, allelúia].

**Lectio quarta:** Panis est in altári ... dubitáre non debémus.

## Responsorium . 1

Dó mi-nus \* Ie-sus, in qua-no - cte

tra-de - bá - tur, ac - cé - pit pa - nem, et, grá-

ti - as a - gens, fre - git, et di - xit: Ac - cí - pi - te,

et man-du - cá - te, hoc est cor-pus me - um, quod pro -

vo - bis tra - dé - tur, \* hoc fá - ci - te in me-am

com - me - mo - ra - ti - ó - nem! **V.** Si - mí -

li - ter et cá - li - cem, postquam ce - ná - vit, di - cens:

Hic ca - lix novum te-sta-mén-tum est in me - o



Lectio quinta: Christus panis est ... intelligitur, fides est.

Responsorium . 7

Quicúm-que \* mandu - cá - ve- rit pa-nem, vel bí -  
be- rit cá - li-cem Dó - mi- ni in - dí - gne,  
re - us e - rit cór - po - ris et sán -  
guí - nis Dó - mi - ni. \* Pro - bet au - tem  
se - í- psum ho - mo, et sic de pa - ne il - lo  
e - dat, et de cá - li - ce bi - bat!  
**V.** Qui e - nim man-dú - cat et bi - bit in - dí - gne,  
iu - dí - ci - um si - bi mandú - cat et bi - bit, non di - iú -



di - cans cor - pus Dó - mi - ni. Pro - bet.

**Lectio sexta:** Iterátur cottídie ... obláta sunt, significámus.

Responsorium . 1

Ca - lix \* be - ne - di - cti - ó - nis, cu - i be - ne -  
 dí - ci - mus, non - ne com-mu - ni - cá - ti - o sán- guin - nis  
 Chri - sti est, \* et pa - - nis, quem frán-gi - mus,  
 non - ne \*\* par - ti - ci - pá - tí - o cór - po - -  
 - - ris Dó - mi - ni est? **V.** Quó - ni - am  
 u - nus pa - nis et u - num cor - pus mul - ti su - mus,  
 nam omnes de u - no pa - ne et de u - no cá - li - ce par -  
 ti - ci - pá - mus. **Et** pa - - nis. **Gló - ri - a**

Pa - tri et Fí - li - o et Spi - rí - tu - i  
San - cto. Par - ti - ci - pá - ti - o.

## In tertio nocturno

Antiphona · 1d1

Tu - lit \* Má - nu - e hæ - dum de ca - pris et li - ba -  
mén - ta, et pó - su - it su - pra pe - tram, óf - fe - rens  
Dó - mi - no, qui fa - cit mi - ra - bí - li - a.  
Cum a - scén - de - ret flam - ma al - tá - ris in cæ - lum,  
án - ge - lus Dó - mi - ni pá - ri - ter in flam - ma as -  
cén - dit. Ps. Te decet.

## Antiphona · 1g1

E - rit, \* qua - si o - lí - va, gló - ri - a e - ius,  
et o - dor e - ius, ut Lí - ba - ni. Con - ver - tén - tur  
se - dén - tes in um - bra e - ius, vi - vent  
trí - ti - co. Ps. Quam dilécta.

## Antiphona · 6f (b)

Quid e - nim bo - num e - ius est, et quid pulchrum  
e - ius, ni - si fru - mén - tum e - le - ctó - rum,  
et vi - num gér - mi - nans vír - gi - nes? Ps. Inclína, Dómine.

## Versiculus

**V.** Panis frugum terræ, allelúia.

**R.** Erit ubérrimus et pinguis, allelúia.

**Secundum Ioannem.** In illo témpore ... nisi manducavéritis ... vitam in vobis. Et réliqua. Homélia beati Augustini épiscopi. **Lectio septima:** Quómodo quidem detur, et quisnam modus sit ... Deum vidébunt.

## Responsorium · 7

E - go sum\* pa - nis vi - tæ. Pa - tres ve - stri  
 man-du - ca - vé - runt man-na in de-sér-to, et  
 mór - tu - i sunt.\* Hic est pa - nis, de cæ - lo  
 de-scéndens; si quis ex i - pso man-du - cá - ve - rit,  
 \*\*non mo - - - ri - á - tur. V. E - go  
 sum pa - nis vi-vus, qui de cæ - lo de-scén-di; si quis  
 man-du - cá - ve - rit ex hoc pa - ne, vi - vet in æ -  
 térum. Hic est pa - nis. Gló - ri - a Pa - tri et  
 Fí - li - o et Spi - rí - tu - i San-cto. Non.

**Lectio octava:** Sicut me misit, inquit ... facere non avérsos.

## Responsorium · 7

A-men, \* a - men di - co vo - bis: Ni - si man-du-

ca - vé - ri - tis car - nem Fí - li - i hó - mi - nis,

et bi - bé - ri - tis e - ius sán-guinem, non ha -

bé - bi - tis vi - tam in vo - bis. Qui man-

dú - - cat me - am car - nem, et bi - bit me -

um sán - guí - nem, ha - bet vi - tam æ - té - nam,

\* et e - go re - su - sci - tá - bo e - um \*\* in no -

vís - si - mo di - e. V. Ca - ro e - nim

me - a ve - re est ci - bus, et san- guis me - us

ve - re est po - tus. Qui man- dú - cat me- am car- nem,  
 et bi - bit me - um sán- gui - nem, in me ma - net, et  
 e - go in e - o. **Et** e - go.  
**Glo - ri - a Pa - tri et Fí - li - o et Spi - rí -**  
 tu - i San - cto. **In** no - vís - si - mo  
 di - e.

**Lectio nona:** Spíritus est, qui vivíficat ... nisi quod es.

**Responsorium · 6**

**Sic - ut vi - vens \*** mi - sit me Pa - ter,  
 et e - go vi - vo pro - pter Pa - trem,  
 et qui mandú - cat me, i - pse vi - vit

pro pter me. \* Hic est pa - nis, qui de  
cæ - lo de - scén - dit. **V.** Non, sic - ut pa -  
tres ve - stri man-du - ca - vé- runt man-na, et mó - tu -  
i sunt; qui mandú - cat hunc pa-nem, vi - vet in æ -  
té - num. **Hic** est.

Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto.

### In quarto nocturno<sup>38</sup>

#### Antiphona

Exténdit Iónatas summitátem vírgulæ, quam habébat in manu, et intínxit in favum mellis, et convértilt manum suam ad os suum, et illumináti sunt óculi eius. Euouae. **Ps.** Dómine, exáudi.

#### Antiphona

Cómede, fili mi, mel, quia bonum est, et favum dulcíssimum gútturi tuo! Mel invenísti, cómede, quod súfficit tibi! Euouae. **Ps.** Bénedic **se - cundum.**

<sup>38</sup> Sic. Antiphonæ sequentes sine notis musicis adhibentur, vacuis systemis suppositæ.

## Antiphona

Veníte, émité absque argénto et absque ulla commutatióne vinum et lac, audiéte, audiéntes me, et comédite bonum, et delectábitur<sup>39</sup> in cras-sitúdine ánima vestra! Euouae. Ps. Confitémini Dómino, et invocáte.

## Versiculus

V. Comédi favum cum melle meo, allelúa.

R. Bibi vinum meum cum lacte meo, allelúa.

De sermone sancti [...] Lectio decima: Utrum sub figúra ... fidélium petitónes.

## Responsorium · 5

Mel-chí - se - dech \* ve - ro,<sup>40</sup> rex Sa - lem, pró-fe- rens  
pa - nem et vi - num, e - rat au - tem sa - cér - dos  
De - i al - tís - si - mi, \* be - ne - dí - xit A -  
bra - hæ, et a - it: V. Be - ne - dí - ctus A -  
bra- ham De - o ex - cél - so, qui cre - á - vit cæ -  
lum et ter - ram. Be - ne - di - xit.

Lectio undecima: Omnia, quæcúmque vóluit ... habére misericórdiam.

<sup>39</sup> BNS bonum et] dectabitur

<sup>40</sup> BNS Melchisedech] viro

## Responsorium · 7

Im-mo - lá - bit \* hæ - dum u - ni - vér - sa  
 mul - ti - tú - do fi - li - ó - rum Is - ra - el, \* et sument  
 de sán- guí- ne e - - ius, ac po - nent su - per  
 u - trúmque po - stem et in su- per - li - mi - ná - ri -  
 bus do- mó - rum, in qui - bus có - me - dent  
 il - lum. **V.** Et e - dent car-nes no - cte il - la as -  
 sas i - gni et á - zy-mos pa- nes cum la-ctú - cis  
 a - gré - stri - bus.      **Et** su-ment.

**Lectio duodecima:** Qui sceleráte vivunt ... magnum torméntum.

## Responsorium · 6


Cum-que \* o - pe - ru - ís - set ros su- per - fí - ci - em  
 ter - ræ, \* ap - pá - ru - it in so - li - tú - di - ne mi-nútum,  
 et qua-si pi - lo \*\* tunsum, in si - mi - li - tú - di-nem  
 pru - í - næ su - per ter - ram.

V. I - ste est pa - nis, quem Dó - mi - nus de - dit  
 no - bis ad ve - scén - dum. Ap - pa - ru - it.

Gló - ri - a Pa - tri et Fí - li - o et Spi -  
 rí - tu - i San - cto. Tunsum.


## In laudibus

Antiphona · 1g1



Me-mó-ri-am fe-cit \* mi-ra-bí-li-um su-ó-rum  
 mi-sé-ri-cors et mi-se-rá-tor Dó-mi-nus, e-scám se  
 de-dit ti-mén-ti-bus se, al-le-lú-ia. **Ps.** Dóminus  
 [regnávit.]

Antiphona · 8g1



Me-mó-ri-a me-a \* in ge-ne-ra-ti-ó-nes  
 sæ-cu-ló-rum, qui e-dunt me, ad-huc e-sú-ri-ent, et qui bi-bunt me, ad-huc sí-ti-ent,  
 al-le-lú-ia. **Ps.** Iubiláte.

## Antiphona · 6f (b)

O - mnes \* e - án-dem e-scam spi - ri - tá - lem mandu- ca-  
vé- runt, et o-mnes e - ún - dem po-tum spi- ri - tá - lem  
bi - bé- runt; bi - bé - bant au-tem de spi - ri - tá - li, con-  
se- quén-te e - os, pe- tra, pe - tra au-tem e - rat Christus,  
al - le - lú - ia.    **Ps.** Deus, Deus meus.

## Antiphona · 3g1

No - lo vos só - ci - os \* fí - e - ri dæ - mo - ni - ó- rum,  
qui - a non pot - é - stis cá - li - cem Dó - mi - ni bí - be - re  
et cá - li - cem dæ - mo - ni - ó - rum, non pot - é - stis mensæ  
Dó - mi - ni par - tí - ci - pes es - se et mensæ dæ - mo -

ni - ó - rum, al - le - lú - ia. Ps. Benedícite.

Antiphona · 3g1

Qui ha - bet au- res \* au- di - én - di, áu - di - at, quid Spí-  
ri - tus di - cat ec - clé - siis: Vin-cén - ti da - bo  
man - na abs- cón - di - tum, al - le - lú - ia.

Ps. Laudáte Dóminum.

**Capitulum:** Omnis póntifex ... pro peccátis. **Hymnus:** Verbum supérnum ... donet in pátria. Amen.

## Versiculus

**V.** Omnia a te exspéctant, allelúaia.**R.** Ut des illis escam in témpore opportúno, allelúaia.

Ad Benedictus antiphona · 1a1

Di - xit Ie - sus: \* E - go sum pa - nis vi - tæ.  
Qui ve - nit ad me, non e - sú - ri - et, et qui cre -

dí - de - rit in me, non sí - ti - et in æ -  
té - num, al - le - lú - ia. **Ps.** Benedíctus.

**Ad primam**

**Antiphona:** Memóriam fecit. **Ps.** Deus in.

**Ad tertiam**

**Antiphona:** Memória mea. **Capitulum:** Dóminus, Iesus Christus.

Responsorium · 6

Pa - rá - sti in con-spé - ctu me - o men-sam, \* al - le -  
lú - ia, al - le - - lú - ia. **V.** Ad-vér-sus e - os,  
qui trí - bu - lant me, al - le - lú - ia, al - le -  
lú - ia. **Gló-ri - a** Pa - tri et Fí - li - o et Spi -  
rí - tu - i San-cto. **Pa - rá - sti.**

**Versiculus**

**V.** Oculi ómnium in te sperant, Dómine, allelúia.

**R.** Et tu das escam illórum in témpore opportúno, allelúia.

**Ad sextam**

**Antiphona:** Omnes eádem. **Capitulum:** Quotienscúmque manducábitis ... donec véniat.

**Responsorium · 6**

Pa-nem an - ge - ló - rum mandu - cá - bit ho - mo, \* al - le -  
 lú - ia, al - le - - lú - ia. **V.** Ci - bá - ri - a mi - sit  
 e - is in ab - un - dán - ti - a, al - le - - lú - ia, al -  
 le - - lú - ia. **Gló-ri - a** Pa - tri et Fí - li - o  
 et Spi - rí - tu - - i San - cto. **Pa-nem.**

**Versiculus**

**V.** Dóminus pars hereditátis meæ et cálicis mei, allelúia.

**R.** Tu es, qui restítues hereditátem meam mihi, allelúia.

**Ad nonam**

**Antiphona:** Qui habet aures audiéndi. **Capitulum:** Quicúmque manducáverit ... san-guis Dómini.

## Responsorium · 1

Cá - li - cem sa - lu - tá - ris ac - cí - pi - am,  
 \* al - le - lú - ia, al - le - lú - ia. **V.** Et no -  
 men Dó - mi - ni in- vo - cá - bo, al - le -  
 lú - ia, al - le - lú - ia. **Gló-ri - a Pa -**  
 tri et Fí - li - o et Spi - rí - tu -  
 i San - cto. **Ca - li - cem.**

## Versiculus

**V.** Impinguásti in óleo caput meum, allelúa.

**R.** Et calix meus inébrians quam præclárus est, allelúa.

## In secundis vespere

**De primis vespere:** Probet autem seípsum [...] pane illo edat et de [...] bibat, qui enim mandúcat et bibit [...] iudícium sibi mandúcat et bibit [...] corpus Dómini. Deo grátias [...] Ego sum panis vivus [...]

## Versiculus

**V.** Memóriam fecit [...] suórum miséricors et miserátor, [...] allelúa.

**R.** Escam dedit [...]

## Antiphona · 5a

A-men, a - men \* di - co vo- bis: Non de - dit Mó- y - ses  
 vo - bis pa - nem de cæ - lo, sed Pa - ter me - us  
 dat vo - bis panem verum de cæ - lo. Pa-nis e - nim  
 ve - rus est, qui de cæ - lo de - scén-dit, et dat vi -  
 tam mun-do, al - le - - - - lú - ia.

Ps. Magníficat.

## Hymni antiquissimi

## Hymnus

Ver-bum su - pér- num pródi- ens, nec Patris linquens déxteram,  
 ad o - pus su - um éx - i - ens, ve - nit ad vi - tæ vé-speram.

## Hymnus

Sacris solle - mni - is iuncta sint gáu-di - a,  
et ex præ - cór - di - is so-nent præ-có - ni - a,  
re - cé- dant vé - te - ra, no - va sint ó - mni - a,  
cor - da, vo - ces et ó - pe - ra!

# INDEX VERSICULORUM

## IN FESTO PENTECOSTES

- V.** Loquebántur váriis linguis apóstoli, allelúia.  
**R.** Magnália Dei, allelúia.
- V.** Verbo Dómini cæli firmáti sunt, allelúia.  
**R.** Et Spíritu oris eius omnis virtus eórum, allelúia.
- V.** Confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis, allelúia!  
**R.** A templo sancto tuo, quod est in Ierúsalem, allelúia.
- V.** Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, allelúia!  
**R.** Et renovábis fáciem terræ, allelúia.
- V.** Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúia.  
**R.** Et hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia.

## DE SANCTA TRINITATE

- V.** Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu!  
**R.** Laudémus et superexaltémus eum in sǽcula!
- V.** Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli.  
**R.** Laudábilis et gloriósus in sǽcula.
- V.** Magnus Dóminus et laudábilis nimis.  
**R.** In civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.
- V.** Sit nomen Dómini benedíctum!  
**R.** Ex hoc nunc et usque in sǽculum.

## DE CORPORE CHRISTI

- V.** Panem cæli dedit eis, allelúia.  
**R.** Panem angelórum manducávit homo, allelúia.
- V.** Cibávit eos ex ádipe fruménti, allelúia.  
**R.** Et de petra melle saturávit eos, allelúia.

- V.** Edúcas panem de terra, allelúia.  
**R.** Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúia.
- V.** Panem de cælo præstítisti eis, Dómine, allelúia.  
**R.** Omne delectaméntum in se habéntem, allelúia
- V.** Pósuit fines tuos pacem, allelúia.  
**R.** Et ádipe fruménti sátiat te, allelúia.

# INDEX TITULORUM

[In Adventu Spiritus Sancti] .....	5
Feria secunda .....	24
Feria tertia .....	29
Feria quarta .....	34
Feria quinta .....	40
Feria sexta.....	43
Sabbato .....	47
De sancta Trinitate.....	50
De Corpore Christi .....	73
Lectiones per octavam.....	101
Feria sexta.....	101
Sabbato.....	102
Die dominico.....	103
Feria secunda .....	104
Feria tertia .....	105
Feria quarta.....	107
In octava .....	108
[Officium antiquius Corporis Christi] .....	109
Index versiculorum .....	140
Index titulorum .....	142
Index fontium.....	143

# INDEX FONTIUM

## TEXTUS

- BS 1480 *Breviarium de tempore et sanctis etiam commune sanctorum per anni circulum iuxta consuetudinem et ritum sacræ ecclesiæ Strigoniensis.* Erhardus Ratdolt, Venezia 1480.
- BS 1484 *Breviarium de tempore et sanctis etiam commune sanctorum per anni circulum iuxta consuetudinem et ritum sacræ ecclesiæ Strigoniensis.* Georgius Stuchs, Nürnberg 1484.
- BS 1558 *Breviarium secundum usum almæ et metropolitanae ecclesiæ Strigoniensis.* Raphael Hoffhalter, Wien 1558.
- OAGR *Ordinarius sive rubricella ad veram notulam almæ Agriensis ecclesiæ.* Ioannes Haller, Kraków 1509. Editio: DOB SZAY László: *Liber Ordinarius Agriensis (1509).* MTA Zenetudományi Intézet, Budapest 2000. (*Musicalia Danubiana Subsidia 1*)

## MELODIÆ

- BNS Praha, Strahovská knihovna DE I 7: Proprium de tempore breviarii notati Strigoniensis sæculi XIII. Facsimile: SZENDREI Janka: *Breviarium notatum Strigoniense sæculi XIII.* Zenetudományi Intézet, Budapest 1998. (*Musicalia Danubiana 17*)
- BNS II Suppl. Zagreb, Metropolitanska knjižnica Zagrebačke nadbiskupije, MR 1127: Fragmenta antiquissima hymnorum Corporis Christi iuxta melodiam in regione Parisiorum adhibitam de supplemeto partis sanctoralis BNS.
- Budai Esztergom, Főszékesegyházi Könyvtár, MS I 3b: Psalterium Strigoniense sæculi XV (vulgo: Psalterium Budense).
- Ist İstanbul, Topkapı Sarayı Müzesi Deissmann 42: Antiphonale Hungaricum circa 1360. Facsimile: SZENDREI Janka: *The Istanbul Antiphonal about 1360.* Akadémiai Kiadó, Budapest 2002. (*Musicalia Danubiana 18*)
- Kn 1 Bratislava, Archív Mesta EC Lad 6 (olim: Knauz 1): Proprium de tempore antiphonalis Strigoniensis, forsitan de Buda, exeunte sæculo XV.
- MR 8 Zagreb, Knjižnica Metropolitana MR 8: Antiphonale Paulinum sæculi XV-XVI.
- Oláh *Psalterium chorale secundum consuetudinem Strigoniensis ecclesie cum antiphonis simul et litania ac hymnis de tempore et sanctis per totum annum cum vesperis et vigiliis mortuorum.* Petrus Liechtenstein, Venezia 1523. München, Bayerische Staatsbibliothek Res/2 Liturg. 380. Facsimile: SZOLIVA Gábel OFM: *Psalterium Strigoniense Venetiis 1523 cum notis musicis manuscriptis (Psalterium Nicolai Olahi).* MTA BTK Zenetudományi Intézet, Budapest 2015 (*Musicalia Danubiana 25*)

---

Nyomta és kötötte  
a Könyvpont Kiadó nyomdája,  
1088 Budapest, Múzeum utca 7.  
Nyomdavezető: Gembela Zsolt  
[nyomda@konyvpontkiado.hu](mailto:nyomda@konyvpontkiado.hu)